Digitized by Google

11
3
34
BIBLIOTECA NAZIONALE
CENTRALE • FIRENZE •

Digitized by Google

Digitized by Google

ΗΘΙΚΗ ΠΟΙΗΣΙΣ

SIVE

GNOMICI

POETAE GRAECI

AD OPTIMORUM EXEMPLARIUM
FIDEM EMENDAVIT

RICH. FRANC. PHIL. BRUNCK.

EDITIO NOVA CORRECTA NOTISQUE
ET INDICIBUS AUCTA.

LIPSIAE,
SUMTIBUS GERH. FLEISCHERI JUN.
1817.

Digitized by Google

LECTORI

S. D.

RICH. FRANC. PHIL. BRUNCK

REGIAE INSCRIPTIONUM

ET HUMANIORUM LITERARUM ACADEMIAE

SOCIUS.

Quum a me Sophoclem iamdudum exspectes, miraberis, Lector amice, nec forte moderate feres, libellum tibi obtrudi, qui nihil habet cum illo commune. Sic iam questi sunt ex amicis etiam meis nonnulli, quum necopinantibus illis, longeque alias res meditari me putantibus, prodierunt cura mea aliquantulum expoliti Argonauticorum Poëta, et facetissimus veteris comoediae scriptor. Bono animo es: explebitur cum Deo exspectatio desiderii tui. Praelum tandem subiit Princeps Tragicorum: excusa iam sunt Scholia omnia, quorum de edendi ratione non ita pridem

sententiae suae participes fecit literatos omnes in Eruditorum Diario Vir morum probitate, integritate vitae, doctrinae elegantia apud bonos omnes maxime commendatus, et supra impurissimorum scurrarum calumnias et convicia immensum quantum evectus. Perductae sunt item ad finem quatuor Tragoediae; quinta operas exercet. Inceptum opus, quantum per me licebit, non intermittetur; nec tamen ita properabitur, ut festinationis olim poenitendum mihi sit, neu, si quid mihi interea diversum arriserit, animo ut non geram morem. Datam fidem praestiturum me spero; sed videto: in diem certam non promisi; nec a Sophoclis studiosis pignora pelliciendo, argento quemquam circumduxi, quod faciunt hodie nebulones quidam perditissimi, ita ut integrum mihi semper futurum sit, uti legitima exceptione.

Iam vero, quaenam fuerit in edendo hoc libello ratio consilii mei, paucis docendus es. Poëtarum, quos Gnomicos vocant, editionem accuratam et venustam nullam videram. Veteris sapientiae, Graecaeque elegantiae studiosis gratum me facturum quid putavi, si eis enchiridion

hoc nitidius politiusque ornatum traderem. Theognidem, qui agmen hîc ducit, primus in lucem edidit Aldus Manutius, cuius liber instar est veteris apographi, quo ipse usus est. Codicis illius vitium, ut in principem editionem, sic ex ea in ceteras omnes permanavit, quod quale sit, cuivis hanc novam cum aliis conferenti statim in oculos incurret. Nempe Theognidis poësis quae superest, non est continuum opus, sed ex fragmentis constat e variis illius hominis elegiis aut poëmatibus excerptis.*) Illam ad quatuor codices Bibliothecae Regiae contuli, quorum in tribus sententiae fere ad eundem modum distinctae sunt, quo in hoc libello. Singulae vel in capite habent literam maiusculam miniatam, vel litera illa carent, vacuo relicto spatio, ubi peritioris calligraphi manu

[*) Valckenarius ad Euripid. Phoeniss. p. 164. b. Theognidis reliquias dicit male consarcinatas. Idem ad Xenophont. Memorab. p. 239. sq. Ern.: „Videntur, quae nobis supersunt, Theognidea ex variis Elegiis conflata." Quid quod pro Anthologia e variorum poëmatibus decerpta habuit Heynius ad Homer. Il. T. VII. p. 720. „Quae habemus [Theognidea], inquit, farrago sunt ex pluribus ac diversis poëtis; quae tamen ad Cyrnum scripta sunt, pro antiquioribus haberi possunt."]

pingenda erat. Praeterea qui primus farraginem illam coagmentavit, Theognideis versus plurimos immiscuit aliorum auctorum, Tyrtaei, Mimnermi, et maxime Solonis. Poterant quidem illi inter Theognideos relinqui, si Theognis seorsim et sine ullo comitatu excuderetur; sed quum adiunctos habeat illos ipsos scriptores, quorum possessionem invaserat, interdicto adversus eum agi, tum aequitatis, tum concinnitatis ratio postulabat; qua de re in notis dixi.

Insunt huic editioni omnia, quae continet pars altera editionis Poëtarum minorum Graecorum Radulphi Wintertoni, Cantabrigiae excusae anno MDCLXXVII. praeter Orphei, vel nescio cuius id nomen mentiti, fragmenta tria, quae in Orphicorum editione Gesneriana legi satius visum est, ideoque removenda duxi. Sed horum in locum Cleanthis pulcherrimum Hymnum suffeci; insuperque Hesiodi Poëma ἠθικὸν, si quod aliud, huic collectioni addidi. Pseudo-Phocylidis carmen ex iisdem Regiis codicibus emendavi, qui Theognidem continent, quorum unus Hesiodum

etiam habet. Alia quaecunque omnia Stobaei Florilegium servavit, ad scriptum codicem Bibliothecae Regiae collata, longe emendatius quam antea in hoc libello exhibentur. Solonis inter veteres Sapientes praestantissimi non pauca solum fragmenta, sed quaecunque ad nostram aetatem pervenerunt et conquiri potuerunt, *) secundis curis limatiora in hanc collectionem intuli. In Comicorum vero sententiis fragmenta aliquot, quorum partem tantum Wintertoni editio exhibet, integra dedi, ex auctoribus qui ea servarunt.

Latinam versionem plerisque horum carminum adiungi solitam, ut tironibus damnosam, doctoribus inutilem, consulto omisi. Ne tamen hic libellus omni utilitatis aut voluptatis fructu careret, quem capere possent qui literis graecis haud fuerunt imbuti, sententias et fragmenta ab Hugone Grotio, aliisque summis viris eleganti carmine latino reddita singulis graecis subieci. Notas addidi breves, criticas fere et graecae lectionis constitutionem spectan-

[*) De Solonis reliquiis nonnulla habet Valckenarius ad Herodot. p. 434.]

tes.*) Anthologiam sententiarum parallelarum e graecis latinisque Poëtis facere perfacile fuisset; sed inutili mole librum onerare nolui. Stobaeum adeant et florilegia latinorum Poëtarum, qui, quot diversis modis res eadem possit enuntiari, perpendere amant. Pauca sunt haec, quibus te volebam, Lector amice; nec te diutius demorabor. Fruere hac nostra opella, quae si tibi tuisque ita, ut fore confido, erit accepta et utilis, otium mihi tranquillum et diuturnum precare, quod nulli alii rei libentius impendam, quam ut bonarum literarum studiis commodem.

Dabam Argentorati 13. Martii 1784.

[*) Hae notae in Argentoratensi editione, ut in omnibus Brunckianis, textum poëtarum sequentes posteriorem libri partem conficiunt: cuius ordinis rationem reddit ipse Brunckius in praefatione ad Comicum paulo post initium. Nos commodioris usus gratia singulis versibus, quo quaeque pertinebat, substravimus: id quod lectores meminisse oportet, sicubi in textu editum viderint, quod in notis, scriptis, ut videtur, post textum iam typis expressum, certe aliquanto post excusis Argentorati, retractatur.]

GNOMICI

POETAE GRAECI.

Digitized by Google

Google

ΘΕΟΓΝΙΔΟΣ ΜΕΓΑΡΕΩΣ ΠΑΡΑΙΝΕΣΕΙΣ.

Ὦ ἄνα, Λητοῦς υἱὲ, Διὸς τέκος, οὔποτε σεῖο
λήσομαι ἀρχόμενος, οὐδ' ἀναπαυόμενος·
ἀλλ' αἰεὶ πρῶτόν τε, καὶ ὕστατον, ἔν τε μέσοισιν
ἀείσω· σὺ δ' ἐμεῦ κλῦθι, καὶ ἐσθλὰ δίδου.

2. ἀρχόμενος. Cf. Friedemann. de med. syll. pentam. gr. p. 288. — ἀναπαυόμενος. Al. ἀποπαυόμενος. quod praefero.

3. πρῶτόν τε καὶ ὕστατον ἔν τε μέσοισιν. Solennis hic ordo, a quo scriptores raro deflectunt. Dionysius Halic. de comp. verb. p. 244. ed. Lips. πρῶτός τε καὶ τελευταῖος καὶ μέσος. ubi citavi eundem quem ad h. l. Neander Theocrit. XVII. 3. Nunc addo Euripid. Iphig. A. 1125. s. Barn. Antholog. Palat. T. II. p. 619. n. 47. v. 5. Similia haec: Homerus Il. XXI. 111. ἔσσεται ἢ ἠὼς, ἢ δείλη, ἢ μέσον ἦμαρ. Euripides Electr. 902. s. Seidl. τίν' ἀρχὴν πρώτά σ' ἐξείπω κακῶν; Ποίας τελευτάς; τίνα μέσον τάξω λόγον; Diverso ordine Plato II. 3. p. 173, 18. Bekk. μήτε ἀρχὴν μήτε μέσα μήτε τέλος. Idem I. 2. p. 40, 11. ἀρχὴν — καὶ μέσον καὶ τελευτήν. sed statim post solenni ἀρχὴν — καὶ τελευτὴν καὶ μέσον. pariterque p. 57, 12. ἀρχὴν καὶ τελευτὴν καὶ μέσον. quo modo etiam de Leg. p. 145. Ast. ἀρχήν τε καὶ τελευτὴν καὶ μέσα. Ordine plane inverso Demosthenes T. I. p. 772, 6. μέσος καὶ τελευταῖος καὶ πρῶτος.

4. ἀείσω. Infra 921. ἀείσομαι. et 237. ᾄσονται. quae forma multo magis frequentatur. Cf. Dawes. Misc. Crit. p. III. et 285. Oxon. — δ' ἐμεῦ. Immo δέ μευ. Brunckius videtur prorsus ignorasse, quae loca poscant plenas formas pronominum, quae encliticas.

5 Φοῖβε ἄναξ, ὅτε μέν σε θεὰ τέκε πότνια Λητὼ,
φοίνικος ῥαδινῇς χερσὶν ἐφαψαμένη,
ἀθανάτων κάλλιστον, ἐπὶ τροχοειδέϊ λίμνῃ,
πᾶσα μὲν ἐπλήσθη Δῆλος ἀπειρεσίῃ
ὀδμῇς ἀμβροσίης, ἐγέλασσε δὲ γαῖα πελώρη,
10 γήθησεν δὲ βαθὺς πόντος ἁλὸς πολιῆς.

Ἄρτεμι θηροφόνε, θύγατερ Διὸς, ἣν Ἀγαμέμνων
εἴσαθ', ὅτ' ἐς Τροίην ἔπλεε νηυσὶ θοαῖς,
εὐχομένῳ μοι κλῦθι, κακὰς δ' ἀπὸ κῆρας ἄλαλκε.
σοὶ μὲν τοῦτο, θεά, σμικρόν, ἐμοὶ δὲ μέγα.

15 Μοῦσαι καὶ Χάριτες, κοῦραι Διὸς, αἵ ποτε Κάδμον
ἐς γάμον ἐλθοῦσαι, καλὸν ἀείσατ' ἔπος,
„ὅττι καλὸν φίλον ἐστί· τὸ δ' οὐ καλὸν οὐ φίλον ἐστί."
τοῦτ' ἔπος ἀθανάτων ἦλθε διὰ στομάτων.

6. ῥαδινῇς dativus est pluralis, ut v. 980. Vulgo ῥαδινῆς, quod ad φοίνικος soloece refertur, siquidem φοῖνιξ arbor generis est masculini. Callim. H. in Apoll. ἐπένευσεν ὁ Δήλιος ἠδύ τι φοῖνιξ. Mendam vidit E. Vinetus, in eo tamen falsus, quod ῥαδιναῖς scribendum esse censebat. Ceterum epitheton istud arboribus tribuitur, ut e Theocrito notum, apud quem ῥαδιναὶ κυπάρισσοι: quod fraudi fuit interpretum nonnullis *palmam teneram* vertentibus: debuissent saltem *proceram*. Sed multo saepius occurrunt ῥαδιναὶ χεῖρες, *graciles manus*, et proinde *delicatae*. Apollon. Argon. III. 106. τὴν δ' Ἥρη ῥαδινῆς ἐπεμάσσατο χειρός. Brunck. ῥαδινῆς dedit etiam Wintertonus.

11. θηροφόνε. Vulgo θηροφόνη, quod male graecum esse opinor. Vide quae notavi ad Comici Thesmoph. 320. Istas feminini generis formas commenti sunt librarii. Non melioris est commatis, quod vulgo legitur in Hesiodi Ἔργ. 649. τῆς δ' αὖτε κακῆς οὐ ῥίγιον ἄλλο δειπνολόχης. Utriusque generis sunt θηροφόνος, δειπνολόχος, aliaque eiusdem compositionis nomina. Brunck. Brunckii errorem θηροφόνε edentis exagitavit Porsonus praef. ad Euripid. Hec. p. IX. Med. 822. Gaisford. Add. Friedemann. de med. syll. pentam. gr. p. 289.

17. De proverbio, *quod pulchrum est, placere*, vide M. A. Mureti Var. Lect. IV. 4. Brunck. L. ὅττι.

Κύρνε, σοφιζομένῳ μὲν ἐμοὶ σφρηγὶς ἐπικείσθω
20 τοῖσδ' ἔπεσι· λήσει δ' οὔ ποτε κλεπτομένη.
οὐδέ τις ἀλλάξει κάκιον τοῦ 'σθλοῦ παρεόντος.
ὧδε δὲ πᾶς ἐρέει· Θεύγνιδός ἐστιν ἔπη
τοῦ Μεγαρέως, πάντας δὲ κατ' ἀνθρώπους ὀνο-
μαστοῦ.
ἀστοῖσιν δ' οὔπω πᾶσιν ἀδεῖν δύναμαι.
25 οὐδὲν θαυμαστὸν, Πολυπαίδη· οὐδὲ γὰρ ὁ Ζεὺς
οὔθ' ὕων πάντας ἀνδάνει, οὔτ' ἀνέχων.
σοὶ δ' ἐγὼ εὖ φρονέων ὑποθήσομαι, οἷά περ αὐτὸς,
Κύρν', ἀπὸ τῶν ἀγαθῶν, παῖς ἔτ' ἐὼν, ἔμαθον.
Πέπνυσο, μηδ' αἰσχροῖσιν ἐπ' ἔργμασι, μηδ' ἀδίκοισι
30 τιμὰς, μήτ' ἀρετὰς ἕλκεο, μήτ' ἄφενος.

20. ἔπεσι. Sic bene Aldina editio: sequiores ν subiecerunt sine causa. Quippe vocalis producitur tum vi caesurae, tum ob sequentem liquidam. Brunck. Litteram paragogicam hic et alibi (ut v. 66. 72. 87. 212. 296.) nunc nemo non subiicit. Mox Bekkerus restituit genuinam scripturam, κλεπτόμενα. ἡ σφραγὶς ἐπίκειται, ἵνα μὴ κλέπτηται τὰ ἔπη.

22. Θεύγνιδος. Sic quatuor a me collati codd. Aldus edidit Θεόγνιδος. Brunck.

25. Πολυπαίδη. Corrig. Πολυπαΐδη. Nomen hoc pentasyllabon esse me monuit Elmsleius. Gaisford. in Corrig. p. 669.

26. πάντας ἀνδάνει. Perperam in uno cod. πάντως. In Eurip. Oreste v. 1633. edidi recte, ut opinor: οὐ γάρ μ' ἀνδάνουσιν αἱ κακαί. Id est, οὐχ ἀνδάνουσίν με. Iam forte ἀνδάνειν τινὰ, *placere alicui*, Graecum videbitur Viro docto, qui Bibliothecam Criticam Amstelaedami in lucem emittit; cuius operis in Parte V. p. 40. de ista locutione quaedam scripta sunt consideratius retractanda. Brunck. Vocalem in Dativo Plurali non elidunt Scenici Poetae. Alii tamen Poetae saepe elidunt, ut Theognis versu noto, Οὔθ' ὕων ΠΑΝΤΕΣΣ' ἀνδάνει — Ita enim legendum: adeo ut frustra Brunckius versum in Euripidis Oreste pronomine auxerit, cum solus locus ad quem provocavit, aut provocare potuit, mendo laboret. Porson. in Ind. Rer. ad Toupii Emendatt. v. *Vocalis*. Add. Friedemann. de med. syll. pentam. gr. p. 288. et 355.

30. μήτ' ἀρετὰς, μήτ' ἄφενος. Hoc postulat Graeci

ταῦτα μὲν οὕτως ἴσθι· κακοῖσι δὲ μὴ προσομίλει
ἀνδράσιν, ἀλλ' αἰεὶ τῶν ἀγαθῶν ἔχεο,
καὶ μετὰ τοῖσιν πῖνε καὶ ἔσθιε, καὶ παρὰ τοῖσιν
ἵζε, καὶ ἄνδανε τοῖς, ὧν μεγάλη δύναμις.
35 ἐσθλῶν μὲν γὰρ ἄπ' ἐσθλὰ μαθήσεαι· ἢν δὲ κακοῖσι
συμμιχθῇς, ἀπολεῖς καὶ τὸν ἐόντα νόον.
ταῦτα μαθὼν, ἀγαθοῖσιν ὁμίλεε, καί ποτε φήσεις
εὖ συμβουλεύειν τοῖσι φίλοισιν ἐμέ.

Κύρνε, κύει πόλις ἥδε· δέδοικα δὲ μὴ τέκῃ ἄνδρα
40 ὕβριστὴν, χαλεπῆς ἡγεμόνα στάσιος.
ἀστοὶ μὲν γὰρ ἔασι σαόφρονες· ἡγεμόνες δὲ
τετράφαται πολλὴν ἐς κακότητα πεσεῖν.

sermonis elegantia. Vulgo bis rursus μηδ' —. Brunck. Hanc elegantiam iure spreverunt Bekkerus et Gaisfordus.

35. Laudatur a multis hoc distichon, quos recenset Th. Gataker Advers. Misc. p. 174. quorum habent quidam διδάξεαι. Consentiunt quatuor mei codd. in vulgato μαθήσεαι. Vertit Gatakerus.

Nam disces sectando bonos bona: sin tibi pravi
sint socii, perdes et bona, si qua inerant.
Brunck.

40. Pentametrum, quem, flagitante sensu, in suum locum reposui, exhibent codices in sententia quae incipit v. 611. Cum eo sedem suam commutaverat ille, qui in vulgatis libris hoc loco legitur, in nostra autem edit. est v. 612.

εὐθυντῆρα κακῆς ὕβριος ὑμετέρης.
Brunck.

41. ἀστοὶ μὲν γὰρ ἔασι σαόφρονες. Sic legitur alio loco, ubi rursus codd. distichon hoc exhibent. In hac vero sententia vulgata lectio est: ἀστοὶ μὲν γὰρ ἔθ' οἵδε σαόφρονες. In duorum seqq. versuum interpunctione aliquid ab operis fuit turbatum, cuius mendi immunis est tertia exemplarium pars. Brunck. Scilicet operae posuerunt comma post πεσεῖν, punctum post ἄνδρες. Correxi.

οὐδεμίαν πω, Κύρν', ἀγαθοὶ πόλιν ὤλεσαν ἄνδρες,
ἀλλ' ὅταν ὑβρίζειν τοῖσι κακοῖσιν ἁδῇ,
δῆμόν τε φθείρωσι, δίκας τ' ἀδίκοισι διδῶσιν,
οἰκείων κερδῶν εἵνεκα καὶ κράτεος,
ἔλπεο μὴ δηρὸν κείνην πόλιν ἀτρεμέεσθαι,
μηδ' εἰ νῦν κεῖται πολλῇ ἐν ἡσυχίῃ,
εὖτ' ἂν τοῖσι κακοῖσι φίλ' ἀνδράσι ταῦτα γένηται·
κέρδεα, δημοσίῳ σὺν κακῷ ἐρχόμενα.
ἐκ τῶν γὰρ στάσις ἐστὶ, καὶ ἔμφυλοι φόνοι ἀνδρῶν.
μούναρχος δὲ πόλει μήποτε τῇδε ἄδοι.

Κύρνε, πόλις μὲν ἔθ' ἥδε πόλις· λαοὶ δὲ δὴ ἄλλοι·
οἳ πρόσθ' οὔτε δίκας ᾔδεσαν, οὔτε νόμους·
ἀλλ' ἀμφὶ πλευρῇσι δορὰς αἰγῶν κατέτριβον,
εἴσω δ' ὥστ' ἔλαφοι τήνδ' ἐνέμοντο πόλιν.
καὶ νῦν εἴσ' ἀγαθοὶ, Πολυπαίδη· οἱ δὲ πρὶν ἐσθλοὶ,
νῦν δειλοί. τίς κεν ταῦτ' ἀνέχοιτ' ἐσορῶν;
ἀλλήλους δ' ἀπατῶσιν, ἐπ' ἀλλήλοισι γελῶντες,
οὔτε κακῶν γνώμας εἰδότες οὔτ' ἀγαθῶν.

56. εἴσω. Inepte vulgo ἔξω. Ista facile ab imperitis librariis commutabantur, quod saepe factum deprehendi. Succurrit exemplum, v. in Euripidis Iphigen. Aul. 345. ubi quum manifestum sit poëtam scripsisse δυσπρόσιτος, ἔξω τε κλείθρων σπάνιος, libri tamen exhibent εἴσω. Per δορὰς αἰγῶν intellige amictum e pellibus caprinis, qui σισύρα appellabatur, cuiusque in militia usus erat. Brunck. ἔξω fortasse genuinum. Indicantur, ni fallor, ἄνδρες ἐλάφειοι foris, i. e. in expeditionibus bellicis, domi Thrasones, qui omne ius fasque conculcarent. Post πόλιν tolle plenam interpunctionem; cohaerent enim haec cum sequentibus. V. sq. vellem codex daret οἳ νῦν —.

58. Huic versui subiici potuisset distichon, quod est infra v. 1067. et tota sententia quae incipit a v. 1065. sine ullo horum fragmentorum dispendio expungi.
Brunck.

μηδένα τῶνδε φίλον, Πολυπαίδη, ποίεο ἀστῶν
ἐκ θυμοῦ, χρείης εἵνεκα μηδεμιῆς.
ἀλλὰ δόκει μὲν πᾶσιν ἀπὸ γλώσσης φίλος εἶναι,
χρῆμα δὲ συμμίξῃς μηδενὶ μηδ' ὁτιοῦν
65 σπουδαῖον. γνώσῃ γὰρ ὀϊζυρῶν φρένας ἀνδρῶν,
ὥς σφιν ἐπ' ἔργοισι πίστις ἔπ' οὐδεμίη.
ἀλλὰ δόλους τ', ἀπάτας τε, πολυπλοκίας τ' ἐφίλησαν
οὕτως, ὡς ἄνδρες μηκέτι σωζόμενοι.

Μήποτε, Κύρνε, κακῷ πίσυνος βούλευε σὺν ἀνδρὶ,
70 εὖτ' ἂν σπουδαῖον πρῆγμ' ἐθέλῃς τελέσαι.
ἀλλὰ μετ' ἐσθλὸν ἰὼν, βουλεύεο πολλὰ μογήσας,
καὶ μακρὴν ποσσὶ, Κύρν', ὁδὸν ἐκτελέσας.

Πρῆξιν μηδὲ φίλοισιν ὁμῶς ἀνακοίνεο πᾶσι.
παῦροί τοι πολλῶν πιστὸν ἔχουσι νόον.
75 παύροισιν πίσυνος μεγάλ' ἀνδράσιν ἔργ' ἐπιχείρει,
μή ποτ' ἀνήκεστον, Κύρνε, λάβῃς ἀνίην.

Πιστὸς ἀνὴρ χρυσοῦ τε καὶ ἀργύρου ἀντερύσασθαι
ἄξιος, ἐν χαλεπῇ, Κύρνε, διχοστασίῃ.

61. *Πολυπαίδη, ποίεο ἀστῶν.* Sic scabritiem vulgatae lectionis expolivi, quae habet *ποιεῦ Πολυπαίδη ἀστῶν.* Brunck. Eadem scabrities, si qua est, alibi occurrit. Cf. Gaisfordi notam, quam dedimus ad v. 25.

66. *πίστις ἔπ' οὐδεμίη.* Sic optime unus e Regiis codd. ἔπ', plene ἔπι, id est ἔπεστι. Alii cum Aldo habent ἔστ', metro reclamante. Ceterae editt. ἔτ'. In seq. v. nomini *δόλους* copulam subieci, quae vulgo abest. Brunck. Al. *οὐδεμία.* recte. η enim in nominativo et accusativo h. v. epicus sermo repudiat.

71. *πολλὰ μογήσας* non debebat interpungendo cum *βουλεύεο* iungi: referendum enim ad *ἰών.*

73. *ὁμῶς, peraeque, pariter,* quod adverbium in Theognidis poësi frequens est. Perperam vulgo *ὅλως.* Brunck. Quod Brunckius scripsit *ὁμῶς*, id minime necessarium. Iacobs. in Append. ad Porsoni Advers. p. 294. scribens ille *ὅμως*, quod etiam Bekkerus dedit.

Παύρους εὑρήσεις, Πολυπαίδη, ἄνδρας ἑταίρους
πιστοὺς ἐν χαλεποῖς πρήγμασι γιγνομένους,
οἵ τινες ἂν τολμῷεν, ὁμόφρονα θυμὸν ἔχοντες,
ἴσον τῶν ἀγαθῶν τῶν τε κακῶν μετέχειν.
τοὺς δ' οὐχ εὑρήσεις διζήμενος, οὐδ' ἐπὶ πάντας
ἀνθρώπους, οὓς ναῦς μὴ μία πάντας ἄγοι,
οἷσιν ἐπὶ γλώσσῃ τε καὶ ὀφθαλμοῖσιν ἔπεστιν
αἰδὼς, οὐδ' αἰσχρὸν χρῆμ' ἔπι κέρδος ἄγει.

Μή μ' ἔπεσι μὲν στέργε, νόον δ' ἔχε καὶ φρένας ἄλλῃ,
εἴ με φιλεῖς, καί σοι πιστὸς ἔνεστι νόος.
ἤ με φίλει, καθαρὸν θέμενος νόον, ἤ μ' ἀποειπὼν
ἔχθαιρ', ἀμφαδίην νεῖκος ἀειράμενος.
ὃς δὲ μιῇ γλώσσῃ δίχ' ἔχει νόον, οὗτος ἑταῖρος
δεινὸς, Κύρν' · ἐχθρὸς βέλτερος, ἢ φίλος ὤν.

84. ἄγοι. Sic recte edidit Turnebus. In Aldina et codd. ἄγει. Brunck.

87. ἔπεσι. Sic IV. codd. Fulcro non indiget versus: vide not. ad v. 20. Brunck.

91. δίχ' ἔχει νόον. Scolion Pittaci γλῶσσα — διχόμυθον ἔχουσα κραδίη νόημα. Aeschylus Agam. 1378. Stanl. τὸ γὰρ τοπάζειν τοῦ σάφ' εἰδέναι δίχα. Saepius χωρὶς sic usurpatur. Aeschylus ap. Athenaeum T. I. p. 64. Schweigh. χωρὶς μυρηρῶν τευχέων πνέουσ' ἐμοί. Simonides infra II. v. 1. Χωρὶς γυναικὸς θεὸς ἐποίησεν νόον. Sententiae singular. v. 296. Χωρὶς τό τ' εἰπεῖν πολλὰ καὶ τὰ τὰ (dele hunc articulum) καίρια. qui est versus Sophocleus Oed. Col. 808. Brunck. Sophocles Antig. 510. τῶνδε χωρὶς εἰ φρονεῖς. Trachin. 1005. χωρὶς Ζηνός. Plato T. III. p. 139. Bip. χωρὶς γὰρ ἔγωγ' ᾤμην εἶναι τὸ συνεῖναί τε ἀλλήλοις διαλεγομένους καὶ τὸ δημηγορεῖν. T. V. p. 194. χωρὶς δή που σοφία ἐστὶν ἀνδρίας. Demosthenes T. II. p. 1109, 15. πλεῖστον δὲ δήπου κεχώρισται τό τ' εἶναι καὶ τὸ τοῦτον φάσκειν. In his omnibus locis similibusque δίχα, χωρὶς etc. non, ut vulgo, seiunctionem et separationem, sed diversitatem et oppositionem significant.

92. δεινὸς, *formidabilis*. Sophocles Philoct. 147. ὁπο-

Οὕτω χρὴ τόν γ' ἐσθλὸν ἐπιστρέψαντα νόημα,
ἔμπεδον αἰὲν ἔχειν ἐς τέλος ἀνδρὶ φίλῳ.

Εἴ τις ἐπαινήσει σε τόσον χρόνον, ὅσσον ὁρῴη,
νοσφισθεὶς δ' ἄλλῃ γλῶσσαν ἵησι κακήν,
τοιοῦτός τοι ἑταῖρος ἀνὴρ φίλος οὔ τι μάλ' ἐσθλὸς,
ὅς κ' εἴπῃ γλώσσῃ λῷστα, φρονεῖ δ' ἕτερα.
ἀλλ' εἴη τοιοῦτος ἐμὸς φίλος, ὃς τὸν ἑταῖρον
γιγνώσκων, ὀργὴν καὶ βαρὺν ὄντα, φέρει
ἀντὶ κασιγνήτου. σὺ δ' ἐμοὶ, φίλε, ταῦτ' ἐνὶ θυμῷ
φράζεο, καί ποτ' ἐμοῦ μνήσεαι ἐξοπίσω.

Μηδείς σ' ἀνθρώπων πείσῃ κακὸν ἄνδρα φιλῆσαι,
Κύρνε· τί δ' ἔστ' ὄφελος κεῖνος ἀνὴρ φίλος ὤν;
οὔτ' ἄν σ' ἐκ χαλεποῖο πόνου ῥύσαιτο καὶ ἄτης,
οὔτε κεν ἐσθλὸν ἔχων, τοῦ μεταδοῦν' ἐθέλοι.
δειλοὺς δ' εὖ ἔρδοντι ματαιοτάτη χάρις ἐστίν·
ἶσον γὰρ σπείρειν πόντον ἁλὸς πολιῆς.
οὔτε γὰρ ἂν πόντον σπείρων, βαθὺ λήϊον ἀμῷς,
οὔτε κακοὺς εὖ δρῶν, εὖ πάλιν ἀντιλάβοις.

ταν δὲ μόλῃ δεινὸς ὀδίτης. Ne quis suspicetur scribi hîc debuisse δειλὸς, quae alioqui facile permutantur. Brunck.

93. Hoc distichon non legitur hoc loco in vulgatis libris, ubi est v. 1079. In codd. vero eodem loco positum est, nempe post sententiam quae incipit v. 1041. sed subiectum duobus aliis, quae habuimus supra 87–90. Brunck.

95. ἐπαινήσει. Sic bene unus e Regiis. Alii cum Aldo ἐπαινέσει, unde in sequiores editt. venit ἐπαινέσσει. Brunck.

98. φρονεῖ, manifesto soloecum, mireris etiam a doctissimo Anglo servatum esse.

100. Malim iungere γιγνώσκων ὀργὴν καὶ βαρὺν ὄντα.

103. μηδείς σ' ἀνθρώπων πείσῃ. Omissum vulgo pronomen reposui. Brunck.

106. ἐθέλοι. Sic scriptum oportuit. Soloece vulgo ἐθέλει. Brunck.

110. εὖ πάλιν ἀντιλάβοις. Repete ex antecedente δρῶν

ἄπληστον γὰρ ἔχουσι κακοὶ νόον· ἢν δ' ἐν ἁμάρτῃς,
τῶν πρόσθεν πάντων ἐκκέχυται φιλότης.
οἱ δ' ἀγαθοὶ τὸ μέγιστον ἐπαυρίσκουσι παθόντες,
μνῆμα δ' ἔχουσ' ἀγαθῶν καὶ χάριν ἐξοπίσω.

115 Μήποτέ τοι κακὸν ἄνδρα φίλον ποιεῖσθαι ἑταῖρον,
ἀλλ' αἰεὶ φεύγειν, ὥστε κακὸν λιμένα.
πολλοὶ πὰρ κρητῆρι φίλοι γίγνονται ἑταῖροι·
ἐν δὲ σπουδαίῳ πρήγματι παυρότεροι.
κιβδήλου δ' ἀνδρὸς γνῶναι χαλεπώτερον οὐδὲν,
120 Κύρν', οὐδ' εὐλαβίης ἐστὶ περὶ πλέονος.
χρυσοῦ κιβδήλοιο καὶ ἀργύρου ἄνσχετος ἄτη,
Κύρνε, καὶ ἐξευρεῖν ῥᾴδιον ἀνδρὶ σοφῷ·
εἰ δὲ φίλου νόος ἀνδρὸς ἐνὶ στήθεσσι λέληθε
ψυδρὸς ἐὼν, δόλιον δ' ἐν φρεσὶν ἦτορ ἔχει,

quod in illo latet πάσχειν. Locus est sanissimus, quem contra nonneminis coniecturam iure tuetur Iacobsius ad Antholog. Palat. p. 765. Cf. infra v. 652.

115. *Μήποτέ τοι κακὸν ἄνδρα.* Perperam vulgo τὸν κακόν. Importunus est articulus et indoli linguae repugnans, ubi de indefinita persona sermo est. Brunck.

117. *πολλοὶ πὰρ κρητῆρι φίλοι γίγνονται ἑταῖροι.* Sic legitur hic versus in vulgatis libris, ubi iterum hoc distichon occurrit, v. 643. Semel tantum distichon posui, melioremque elegi lectionem. Hoc loco vulgo legitur πολλοί τοι πόσιος καὶ βρώσιος εἰσὶν ἑταῖροι, qui versus in Pseudo-Phocylidis praeceptis exstat. Brunck.

121. *ἄνσχετος ἄτη,* id est ἀνάσχετος, *tolerabilis.* Perperam in codd. et in priscis editt. ἄσχετος. Brunck.

124. *ψυδρὸς ἐών.* Unus e Regg. codd. cum Aldo ψεδνὸς, tres alii ψυδνὸς, quae forte vera est lectio, quamque fere me poenitet non admisisse. ψυδρὸς recepi ex emendatione viri longe doctissimi D. Ruhnken, cuius observata videas de forma et significatione huius nominis in Epist. Crit. II. p. 215. repetitae editionis. Verum si litera modo differunt formae peraeque probae, significationisque nequaquam diversae, *κυδρὸς, κυδνός. ἀκιδρὸς, ἀκιδνός. μολυχρὸς, μολυχνός. μυσαχρὸς, μυσαχνός. πελλαιχρὸς, πελλαιχνός. ἰαχρὸς, ἰαχνός.* quas recen-

125 τοῦτο θεὸς κιβδηλότατον ποίησε βροτοῖσι,
καὶ γνῶναι πάντων τοῦτ' ἀνιηρότατον.
οὐ γὰρ ἂν εἰδείης ἀνδρὸς νόον, οὔτε γυναικὸς,
πρὶν πειραθείης ὥσπερ ὑποζυγίου·
οὐδέ κεν εἰκάσσαις, ὥςπερ ποτ' ἐς ὤνιον ἐλθών·
130 πολλάκι γὰρ γνώμην ἐξαπατῶσ' ἰδέαι.

Μήτ' ἀρετὴν εὔχου, Πολυπαίδη, ἔξοχος εἶναι,
μήτ' ἄφενος· μοῦνον δ' ἀνδρὶ γένοιτο τύχη.

Οὐδὲν ἐν ἀνθρώποισι πατρὸς καὶ μητρὸς ἄμεινον
ἔπλετο, τοῖς ὁσίη, Κύρνε, μέμηλε δίκη.

135 Οὐδεὶς, Κύρν', ἄτης καὶ κέρδεος αἴτιος αὐτός·
ἀλλὰ θεοὶ τούτων δώτορες ἀμφοτέρων.
οὐδέ τις ἀνθρώπων ἐργάζεται, ἐν φρεσὶν εἰδὼς,
ἐς τέλος εἴτ' ἀγαθὸν γίγνεται, εἴτε κακόν.
πολλάκι γὰρ δοκέων θήσειν κακὸν, ἐσθλὸν ἔθηκε·
140 καί τε δοκῶν θήσειν ἐσθλὸν, ἔθηκε κακόν.
οὐδέ τῳ ἀνθρώπων παραγίγνεται, ὅσσ' ἐθέλῃσιν·
ἴσχει γὰρ χαλεπῆς πείρατ' ἀμηχανίης.
ἄνθρωποι δὲ μάταια νομίζομεν, εἰδότες οὐδέν·
θεοὶ δὲ κατὰ σφέτερον πάντα τελοῦσι νόον.

set Hemsterhusius ad Hesychii glossam ἰάχεον, quidni censeamus ex eadem analogia probas esse perinde voces ψυδρὸς et ψυδνός? Apud Hesychium reperitur, describentis, ut videtur, errore, ψεδνὴ (L. ψεδνὴ) χέρσος, ἀραιὰ, ὀλίγη. Hoc in versu vulgatum ψεδνὸς depravatum est ex ψυδνὸς, quod sincerum et genuinum Theognidi restituendum. Brunck.

128. πειραθείης. Sic Aldus et codd. In ceteris editi. πειρασθείης. Brunck.

129. ἐς ὤνιον. *tanquam si rem venum expositam spectaturus venias.* Corrupte in libris ἐς ὥριον, vel coniunctim ἐσώριον, unde nata est insulsissima interpretatio, quam in aliis editionibus videas. Brunck.

145 Οὐδείς πω ξεῖνον, Πολυπαίδη, ἐξαπατήσας
οὐδ' ἱκέτην θνητῶν, ἀθανάτους ἔλαθε.

Βούλεο δ' εὐσεβέων ὀλίγοις σὺν χρήμασιν οἰκεῖν,
ἢ πλουτεῖν, ἀδίκως χρήματα πασάμενος.
ἐν δὲ δικαιοσύνῃ συλλήβδην πᾶσ' ἀρετή 'στι·
150 πᾶς δέ τ' ἀνὴρ ἀγαθὸς, Κύρνε, δίκαιος ἐών.

Χρήματα μὲν δαίμων καὶ παγκάκῳ ἀνδρὶ δίδωσιν·
ἡ δ' ἀρετὴ ὀλίγοις ἀνδράσι, Κύρν', ἕπεται.

Ὕβριν, Κύρνε, θεὸς πρῶτον κακὸν ὤπασεν ἀνδρὶ,
οὗ μέλλει χώρην μηδεμίαν θέμεναι.
155 τίκτει τοι κόρος ὕβριν, ὅταν κακῷ ὄλβος ἕπηται
ἀνθρώπῳ, καὶ ὅτῳ μὴ νόος ἄρτιος ᾖ.

Μήποτέ τοι πενίην θυμοφθόρον ἀνδρὶ χολωθεὶς,
μηδ' ἀχρημοσύνην οὐλομένην πρόφερε.

147. εὐσεβέων, participium. Sic Aldus et Codd. Perperam in sequioribus edit. εὐσεβίως. Brunck.

148. πασάμενος. Perperam in libris πασσάμενος. Nemini graece tantulum docto ignorare fas est, quid intersit inter πάσασθαι prima correpta et πάσασθαι prima producta: quod si cui minus sit compertum, legat Valckenarii Animadv. ad Ammonium III. 7. Brunck.

155. „Ex Solone, ut docet Clemens Alex. Strom. VI. p. 261. ed. Flor." Porson. Advers. p. 313. Lond. V. infra Solon. Fragm. XI.

157. χολωθεὶς. In Stobaeo χαλεφθεὶς, quod non nemini exquisitius videri possit, ita ut alterum, in quo consentiunt libri mei omnes, pro glossemate habeatur. Sane in Hesychio occurrit χαλεψάμενος, χολωθείς. In pentametro idem Stobaeus habet, μηδ' ἀχρημοσύνην, Κύρνε, κακὴν πρόφερε, quod Turnebus recepit. Nos vero Aldinam editionem et codd. sequimur, in quibus ἀχρημοσύνην οὐλομένην πρόφερε. Brunck.

Ζεὺς γάρ τοι τὸ τάλαντον ἐπιῤῥέπει ἄλλοτε ἄλλως,
160 ἄλλοτε μὲν πλουτεῖν, ἄλλοτε δ' οὐδὲν ἔχειν.

Μήποτε, Κύρν', ἀγορᾶσθαι ἔπος μέγα. οἶδε γὰρ οὐδεὶς
ἀνθρώπων, ὅ τι νὺξ χ' ἡμέρα ἀνδρὶ τελεῖ.

Πολλοί τοι χρῶνται δειλαῖς φρεσὶ, δαίμονι δ' ἐσθλῷ,
οἷς τὸ κακὸν δοκέον γίγνεται εἰς ἀγαθόν.
165 εἰσὶν δ' οἳ βουλῇ τ' ἀγαθῇ καὶ δαίμονι φαύλῳ
μοχθίζουσι· τέλος δ' ἔργμασιν οὐχ ἕπεται.

Οὐδεὶς ἀνθρώπων οὔτ' ὄλβιος, οὔτε πενιχρὸς,
οὔτε κακὸς, νόσφιν δαίμονος, οὔτ' ἀγαθός.
ἄλλ' ἄλλῳ κακόν ἐστι· τὸ δ' ἀτρεκὲς, ὄλβιος οὐδεὶς
170 ἀνθρώπων, ὁπόσους ἠέλιος καθορᾷ.
ὃν δὲ θεοὶ τιμῶσιν, ὁ καὶ μωμεύμενος αἰνεῖ.
ἀνδρὸς δὲ σπουδὴ γίγνεται οὐδεμία.

Θεοῖς εἴχου, οἷς ἐστι μέγα κράτος. οὔ τι ἄτερ θεῶν
γίγνεται ἀνθρώποις, οὔτ' ἀγάθ', ουτε κακά.

175 Ἀνδρ' ἀγαθὸν πενίη πάντων δάμνησι μάλιστα,
καὶ γήρως πολιοῦ, Κύρνε, καὶ ἠπιάλου·
ἣν δὴ χρὴ φεύγοντα καὶ ἐς μεγακήτεα πόντον
ῥιπτεῖν, καὶ πετρῶν, Κύρνε, κατ' ἠλιβάτων.

159. ἄλλοτε ἄλλως. Hoc flagitat sententiae series, sicque recte scriptum est in Reg. Stobaei codice. Perperam vulgo ἄλλοτε αλλῳ. Brunck.

166. μοχθίζουσι. Notabile exemplum coniunctionis plurium substantivorum cum uno verbo, quod tantum ad postremum nomen quadrat, non item ad priora. H. l. ad βουλῇ ἀγαθῇ subaudi χρῶνται.

177. μεγακήτεα. Clemens Alex. p. 574. distichon hoc laudat et habet βαθυκήτεα, ut etiam in Stobaei cod. scriptum est. De hac varietate lectionis videndus Hemster-

καὶ γὰρ ἀνὴρ πενίῃ δεδμημένος οὔτε τι εἰπεῖν
80 οὔτ' ἔρξαι δύναται· γλῶσσα δέ οἱ δέδεται.
χρὴ δ' ἄρ' ὁμῶς ἐπὶ γῆν τε καὶ εὐρέα νῶτα θαλάσσης
δίζεσθαι χαλεπῆς, Κύρνε, λύσιν πενίης.
τεθνάναι, φίλε Κύρνε, πενιχρῷ βέλτερον ἀνδρὶ,
ἢ ζώειν χαλεπῇ τειρόμενον πενίῃ.

85 Κρισοὺς μὲν καὶ ὄνους διζήμεθα, Κύρνε, καὶ ἵππους
εὐγενέας· καί τις βούλεται ἐξ ἀγαθῶν
κτήσασθαι. γῆμαι δὲ κακὴν κακοῦ οὐ μελεδαίνει
ἐσθλὸς ἀνὴρ, ἢν οἱ χρήματα πολλὰ διδῷ.

husius ad Luciani Timonem p. 139. ubi facete Mercurius ad ista Theognidis adludit. Clemens praeterea, ut in Stobaei quoque cod. scriptum, exhibet πετρέων. Idiotismos Ionicae dialecti, qua usum fuisse maxime Theognidem constat, a librariis obliteratos, omnes reponere parvuli laboris erat: vel tironi hoc facile. Sed πετρέων legaturne, μουσέων, aliaque eius formae, an μουσῶν, πετρῶν, nihil hoc ad mores. Id nobis curae solummodo erit, ne soloecissent poëtae isti. ῥιπτεῖν est a ῥιπτέω. Sic in codd. nostris, in Aldina, in Clemente. Sequiorum editorum prava sedulitate ῥίπτειν excusum fuit. Brunck.

179. καὶ γὰρ ἀνὴρ —. Sic codd. et Aldus. E Stobaeo Turnebus edidit πᾶς γὰρ ἀνὴρ —. Brunck.

181. χρὴ δ' ἄρ' ὁμῶς. Excudi volui χρή τ' ἄρ' ὁμῶς. Id est χρή τοι ἄρα. Sicque scripsi in apographo typothetae tradito. Vulgo χρὴ γὰρ ὁμῶς. Atqui nullus hic locus est particulae ratiocinativae γάρ. Brunck. Bene habet vulgata scriptura γάρ. Ceterum felici casu accidit, ut typotheta ab apographo Brunckii desciscceret: nam contractum illud τἄρα producit priorem. V. Porson. ad Euripid. Med. 863. notantem varios VV. DD. hac de re errores, quibus adde errorem Marklandi in Euripid. Iphig. Aul. 965.

183. τεθνάναι. τεθνᾶναι Gaisfordus. Sed recte Davisius ad Ciceron. Tuscul. I. c. 8.: „Penultima τοῦ τεθνάναι non erat circumflectenda, quippe quae sua natura sit brevis.“ Tum citato Theognidis hoc versu: „Repono τεθνάμεναι, id quod postulat versus ratio.“

187. κτήσασθαι. Vulgo βήσεσθαι; duo codices βήθε-

σθαι. Verbi significationem eleganti versione expressit Grotius: sed videndum, an sincerum sit et formae legitimae. Nullibi, quod sciam, occurrit forma media verbi βαίνειν, eo sensu, quo hic intelligendum est: active et passive tantum usurpatur, ut in isto versu, quem citat Eustathius ad Odyss. p. 1678.

βαινόμενος, βαίνων, ὅτε νυμφίος, ἄλλοτε νύμφη.

Praeterea scripturus fuisse videtur poëta βήσασθαι: nam more insolito futurum βήσεσθαι hîc verbo βούλεται subiungitur. [Hic quidem error est Brunckii: verbum enim βούλομαι infinitivo futuri legitime iungitur. Polybius T. IV. p. 407. Τοῦ Περσέως βουλομένου ἴξειν. p. 537. βουληθέντες κωλύσειν. Schol. ad Aristophan. Acharn. 850. Kust. βούλεται δηλώσειν. Alia exempla dedi ad Dionys. Halic. de comp. verb. p. 211. Omnino latissime patet usus infinitivorum futuri temporis, ut qui coniungantur cum plurimis verbis, quorum legitimos comites vulgo habent praesentis aoristorumque infinitivos. Recensebo hîc aliquot verba huius generis: plura etiam de hac syntaxi daturus, nisi Schedarum lexicographicarum, quibus hucusque usus sum, in Angliam translatio uberrimam talium notarum materiem mihi praecidisset. ΑΞΙΩ. Polybius T. II. p. 115. ἀξιοῦντες καταλύσειν. quae scriptura non mutanda. ΔΕΟΜΑΙ. Polybius T. I. p. 21. δεόμενοι βοηθήσειν σφίσιν. ΔΕΩ. Plato T. I. p. 85. Bip. πολλὸν δέω — ἀδικήσειν — ἐρεῖν — τιμήσεσθαι. ΔΙΑΝΟΟΥΜΑΙ. Thucydides VII. c. 56. διενοοῦντο κλείσειν. VIII. c. 55. διενοοῦντο βοηθήσειν. Ibid. c. 74. διανοοῦνται — εἴρξειν. Statim addam simillima. Herodotus VII. c. 206. ἐνένωντο — ποιήσειν. mox: διενένωντο ποιήσειν. Idem l. c. 10. ἐν νόῳ ἔχουσα τίσεσθαι. c. 86. ἐν νόῳ ἔχων — καταγιεῖν. IX. c. 93. ἐν νόῳ ἔχων ἀντικαταστήσειν. III. c. 31. ἐπενόει ποιήσειν. c. 134. ἐπινοέω ποιήσειν. ΔΟΚΕΙ. Polybius T. I. p. 227. ἔδοξεν — ποιήσειν. ΔΥΝΑΜΑΙ. Polybius T. IV. p. 161. δύναιτο κωλύσειν. Draco Straton. p. 7, 8. δύνασθαι — χαριεῖσθαι. Eutecnius Metaphr. Theriac. Nicandri p. 319. Schneid. δύνατοι — ἀποτελέσειν. Manetho I. v. 199. δύναται — μετατρεψέμεν. Adde not. ad Sophocl. T. II. p. 351. et Heyn. ad Homer. T. VII. p. 452. ΕΠΙΒΟΥΛΕΥΩ. Herodotus VI. c. 137. ἐπιβουλεύοντας ἐπιχειρήσειν. ΕΥΧΟΜΑΙ. Scriptor Socraticus Axiochi c. 6. p. 114. Heidelb. εὐξαμένης — ἔσεσθαι. coll. Boeckh. praefat. p, XXXVII. sq. Adde quae notavi ad Sophocl. T. I. p. 251. ΛΙΛΑΙΟΜΑΙ. Hesiodus Scut. Herc. v. 113. sq. λιλαιόμενοι — στήσειν. ΜΕΜΑΩΣ. Homerus Il. II. 543. sq. μεμαῶτες — ῥήξειν. XII. 200. et 218. περήσεμεναι μεμαῶσιν. ΜΕΜΟΝΑ. Homerus Il. VII.

36. μέμονας — καταπαυσέμεν. XIV, 88. sq. μέμονας — παλλείψειν. Apollonius Rhod. III. 351. μέμονε — τίσειν. ΟΤΡΥΝΩ. Homerus Il. XXIII. 49. sq. ὤτρυνον — ἀξέμεναι. Ibid. v. 111. ὤτρυνε — ἀξέμεν. ΠΕΙΘΩ. Thucydides II. c. 29. πείσειν — πέμψειν. quam plurimorum librorum scripturam vix repudiem. Conf. Benedicti Commentar. Critic. in Thucydid. p. 50. ΤΟΛΜΩ. Polybius T. IV. p. 529. τολμήσειν ἔτι βοηθήσειν. ΤΠΟΛΥΩ. Herodotus VII. c. 134. ὑπέδυσαν — τίσειν. ΤΠΟΣΤΗΝΑΙ. Herodotus IX. c. 94. ὑποστῆναι δώσειν. ΦΡΑΖΟΜΑΙ. Homerus Il. XIX. 401. φράζεσθε σαωσέμεν. ΦΡΟΝΩ. Hymn. Homer. in Apollin. v. 287. φρονέω τεύξειν. Neque sola verba tales infinitivos adsciscunt, sed etiam adiectiva et particulae. Polybius T. IV. p. 549. πᾶν ποιήσειν ἑτοῖμός ἐστι. Lucianus T. I. p. 236. Hemsterh. χρήσιμος ἐπιθήσειν. Homerus Il. XXIV. 662. sq. τηλόθι δ' ὕλη ἀξέμεν. Polybius T. IV. p. 140. πρὸς τὸ πείσεσθαί τι — ἢ παραδοθήσεσθαι.] Sed quidquid horum sit, Xenophontis apud Stobaeum lectionem praetulimus, edit. Gesneri p. 499. Locum e Reg. cod. descriptum propono: *Θεόγνιδός εἰσιν ἔπη τοῦ Μεγαρέως. οὗτος δὲ ὁ ποιητὴς περὶ οὐδενὸς ἄλλου λόγον πεποίηται, ἢ περὶ ἀρετῆς καὶ κακίας ἀνθρώπων· καὶ ἔστιν ἡ ποίησις συγγράμμα περὶ ἀνθρώπων· ὥσπερ εἰ τις ἱππικὸς ὢν συγγράψειε περὶ ἱππικῆς. ἡ γοῦν ἀρχή μοι δοκεῖ τῆς ποιήσεως ὀρθῶς ἔχειν. ἄρχεται γὰρ πρῶτον ἀπὸ τοῦ εὖ γενέσθαι. ᾤετο γὰρ οὔτε ἄνθρωπον, οὔτε τῶν ἄλλων οὐδὲν ἂν ἀγαθὸν εἶναι, εἰ μὴ τὰ γεννήσαντα ἀγαθὰ εἴη. ἔδοξεν οὖν αὐτῷ παραδείγμασι τοῖς ἄλλοις ζώοις χρήσασθαι, ὅσα μὴ εἰκῇ τρέφεται, ἀλλὰ μετὰ τέχνης ἕκαστα θεραπεύεται, ὅπως γενναιότατα ἔσονται. δηλοῖ δὲ ἐν τοῖσδε τοῖς ἔπεσι·*

κριοὺς μὲν καὶ ὄνους διζήμεθα, Κύρνε, καὶ ἵππους
εὐγενέας· καί τις βούλεται ἐξ ἀγαθοῦ
κτήσασθαι· γῆμαι δὲ κακὴν κακοῦ οὐ μελεδαίνει
ἐσθλὸς ἀνήρ, ἤν τις χρήματα πολλὰ διδῷ.
οὐδὲ γυνὴ κακοῦ ἀνδρὸς ἀναίνεται εἶναι ἄκοιτις
πλουσίου· ἀλλ' ἀφνειὸν βούλεται ἀντ' ἀγαθοῦ.
χρήματα γὰρ τιμῶσι, καὶ ἐκ κακοῦ ἐσθλὸς ἔγημε,
καὶ κακὸς ἐξ ἀγαθοῦ. πλοῦτος ἔμιξε γένος.

ταῦτα τὰ ἔπη λέγει τοὺς ἀνθρώπους οὐκ ἐπίστασθαι γεννᾶν ἐξ ἀλλήλων, κατὰ γίγνεσθαι τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων κάκιον ἀεὶ, μιγνύμενον τὸ χεῖρον τῷ βελτίονι. οἱ δὲ πολλοὶ ἐκ τούτων τῶν ἐπῶν οἴονται τὸν ποιητὴν πολυπραγμοσύνην τῶν ἀνθρώπων κατηγορεῖν, καὶ ἀντὶ χρημάτων ἀγένειαν καὶ κακίαν ἀντικαταλλάττεσθαι εἰδότας. ἐμοὶ δὲ δοκεῖ ἄγνοιαν κατηγορεῖν τῶν ἀνθρώπων περὶ τὸν αὐτῶν βίον. Brunck.

οὐδὲ γυνὴ κακοῦ ἀνδρὸς ἀναίνεται εἶναι ἄκοιτις
190 πλουσίου· ἀλλ' ἀφνεὸν βούλεται ἀντ' ἀγαθοῦ.
χρήματα γὰρ τιμῶσι, καὶ ἐκ κακοῦ ἐσθλὸς ἔγημε,
καὶ κακὸς ἐξ ἀγαθοῦ. πλοῦτος ἔμιξε γένος.
οὕτω μὴ θαύμαζε γένος, Πολυπαίδη, ἀστῶν
μαυροῦσθαι. σὺν γὰρ μίσγεται ἐσθλὰ κακοῖς.
195 αὐτός τοι ταύτην εἰδὼς κακόπατριν ἐοῦσαν,
εἰς οἴκους ἄγεται, χρήμασι πειθόμενος,
ἔνδοξος κακόδοξον, ἐπεὶ κρατερή μιν ἀνάγκη
ἐντύει, ἥ τ' ἀνδρὸς τλήμονα θῆκε νόον.

Χρήματα δ' ᾧ Διόθεν καὶ σὺν δίκῃ ἀνδρὶ γένηται
200 καὶ καθαρῶς, αἰεὶ παρμόνιμον τελέθει.
εἰ δ' ἀδίκως παρὰ καιρὸν ἀνὴρ φιλοκερδεῖ θυμῷ
κτήσεται, εἴθ' ὅρκῳ πὰρ τὸ δίκαιον ἕλων,
αὐτίκα μέν τι φέρειν κέρδος δοκεῖ, ἐς δὲ τελευτὴν
αὖθις ἔγεντο κακόν· θεῶν δ' ὑπερέσχε νόος.
205 ἀλλὰ τάδ' ἀνθρώπων ἀπατᾷ νόον· οὐ γὰρ ἐπ' αὐτοῖς
τίνονται μάκαρες πρήγμασιν ἀμπλακίας.

189. οὐδὲ γυνὴ — Sic bene Stobaeus. Vulgo οὐδεμία. — ἀναίνεται εἶναι. Aures gratior accideret sonus, si legeretur ἀναίνεται εἶμεν. Haec infinitivi forma occurrit infra v. 938. Brunck.

191. χρήματα γὰρ — et hoc rursus e Stobaeo sumsimus. Vulgo χρήματα μὲν —. Brunck.

198. ἐντύει. Sic ad metri normam legendum. Vulgo ἐντύνει, cuius verbi media longa est. Brunck.

200. παρμόνιμον. Syncope pro παραμόνιμον. Sic coniunctim scribi debuit. In tribus codd. vox male in duas divisa πὰρ μόνιμον. Inde depravata Aldi lectio γὰρ μόνιμον: unde viro quidam docto in mentem venit, ne otiosa esset copula, emendare αἰεὶ καὶ μονίμως. Brunck. Corrupta illa Aldi scriptura quale interpretationis monstrum pepererit, v. in Bosii Ellips. p. 163. Lips. Eadem sententia in Pindari Nem. VIII. 28. sq. σὺν θεῷ γάρ τοι φυτευθεὶς ὄλβος ἀνθρώποισι παρμονώτερος.

205. In Aldina edit. legitur: οὐ γὰρ ἐπ' αὐτοὺς γίνονται

ἀλλ' ὁ μὲν αὐτὸς ἔτισε κακὸν χρέος· ὃς δὲ φίλοισιν
ἄτην ἐξοπίσω παισὶν ἐπεκρέμασεν·
ἄλλον δ' οὐ κατέμαρψε δίκη· θάνατος γὰρ ἀναιδὴς
πρόσθεν ἐπὶ βλεφάροις ἕζετο κῆρα φέρων.

Οὐδείς τοι φεύγοντι φίλος καὶ πιστὸς ἑταῖρος·
τῆς δὲ φυγῆς ἐστι τοῦτ' ἀνιηρότερον.

Κύρνε, φίλους κατὰ πάντας ἐπίστρεφε ποικίλον ἦθος,
ὀργὴν συμμίσγων, οἷος ἕκαστος ἔφυ.

μάκαρες πρήγματοι ἀμπλακίης. In edit. Turnebi: οὐ γὰρ ἐπ' αὐτοῖς γίγνονται μάκαρες πρήγματος ἀμπλακίης. Utramvis eligeris lectionem, nullum ex ea sensum exsculpes. Satius erat ista sine ulla interpretatione praetermisisse, quam istam adtexuisse versionem, quam ex Rad. Wintertoni editione describo: *Sed haec hominum fallunt mentem: non enim ob ea fiunt beati, rei errore.* Poterantne insulsius? In codd. initio pentametri est τίνονται, cum varia lectione in uno τίσονται. Et sensum et verba certissime restituimus: οὐ γὰρ ἐπ' αὐτοῖς τίνονται μάκαρες πρήγμασιν ἀμπλακίας. *Non enim in ipso actu ulcisci solent Dei peccata, non ipso in temporis puncto, quo admittuntur.* Sic cohaerent huius sententiae partes, quam videas etiam in Solonis elegia p. 74. v. 29. Brunck.

207. αὐτὸς ἔτισε. Minus bene vulgo αὐτὸς τῖσε. Brunck.

212. ἐστι. Sic bene Aldus et codicum nonnulli. Vulgo ἐστιν. Post hunc versum legitur in impressis distichon, quod amovi, quia iisdem verbis recurrit infra v. 501. nisi quod hic pro οἶνος πινόμενος πουλὺς, legatur οἰνόν τοι πίνειν πουλὺν, quod nihil aliud est quam librarii παραδιόρθωμα, non intelligentis, qui masculino nomini iungerentur adiectiva neutra κακὸν, ἀγαθόν. Brunck.

213. Et pars etiam huius sententiae his posita est in vulgatis libris, quos vide v. 1069. E duabus lectionibus meliorem elegi. Hic vulgo legitur in primo pentametro, ὀργὴν συμμίσγων ἥν τιν' ἕκαστος ἔχει. In secundo hexametro pro ὀργὴν unus e codd. habet ὁρμὴν, quae voces saepe permutantur, ut observatum fuit Ruhnkenio ad Hesiodum, Epist. Crit. I. p. 83. Brunck.

πουλύπου ὀργὴν ἴσχε πολυπλόκου, ὅς ποτὶ πέτρῃ,
τῇ προσομιλήσῃ, τοῖος ἰδεῖν ἐφάνη.
νῦν μὲν τῇδ' ἐφέπου, τοτὲ δ' ἀλλοῖος χρόα γίγνου.
κρεῖσσόν τοι σοφίη γίγνεται ἀτροπίης.

Μηδὲν ἄγαν ἄσχαλλε ταρασσομένων πολιητῶν,
Κύρνε, μέσην δ' ἔρχου τὴν ὁδὸν, ὥσπερ ἐγώ.

Οστις τοι δοκέει τὸν πλησίον ἴδμεναι οὐδὲν,
ἀλλ' αὐτὸς μοῦνος ποικίλα δήνε' ἔχειν,
κεῖνός γ' ἄφρων ἐστὶ, νόου βεβλαμμένος ἐσθλοῦ.
ἴσως γὰρ πάντες ποικίλ' ἐπιστάμεθα.
ἀλλ' ὁ μὲν οὐκ ἐθέλει κακοκερδείῃσιν ἕπεσθαι·
τῷ δὲ δολοπλοκίαι μᾶλλον ἄπιστοι ἄδον.

216. προσομιλήσῃ. Sic in Athenaeo legitur p. 317. A. Vulgo προσόμιλήσει. Brunck.

217. Aldus et codd. τοτέ. Turnebus ποτε. Brunck.

218. In impressis sic legitur hic pentameter: κρεῖσσόν τοι σοφίη γίγνεται ἐυτροπίης, cui quidem, ut ait ille, *Oedipo opus est coniectore, qui Sphingi interpres fuit.* Nec tamen sua versione nudatum eius latus in belluliis libris, quos erudiendae Iuventuti tradunt in manus. In codd. ultima vox est ἀτροπίης. Altero in loco quem modo indicavi, impressi habent: κρεῖσσόν τοι σοφίη καὶ μεγάλης ἀρετῆς. Inde Theognidis versum reconcinnare pronum fuit:

κρεῖσσόν τοι σοφίη γίγνεται ἀτροπίης.

Brunck.

219. Μηδὲν ἄγαν ἄσχαλλε. Perperam in libris μηδ' ἄγαν, turpiter claudicante versu. Corrigebat vir doctus μηδὲ λίαν ἄσχαλλε. Certior et facilior est medicina nostra. Sic infra 665. μηδὲν ἄγαν χαλεποῖσιν ἀσῶ φρένα.

Brunck.

224. ἴσως. pariter. ut v. 265. Rariora sunt exempla huius significationis. Sic usurpat Nicander Ther. 226. 227. ubi Scholia interpretantur ὁμοίως, ἐξ ἴσου. V. praestantissimum Heindorfium ad Platon. Gorg. p. 230.

226. Post hunc versum in Gnomologorum editt. omnibus leguntur sex versus qui Solonis sunt, quique

Ἀκρόπολις καὶ πύργος ἐὼν κενεόφρονι δήμῳ,
Κύρν', ὀλίγης τιμῆς ἔμμορεν ἐσθλὸς ἀνήρ.
οὐδ' ἔτι γε πρέπει ἡμῖν, ἅτ' ἀνδράσι σωζομένοισιν,
230 ἀλύειν, πόλεως ὥσπερ ἀλωσομένης.

Σοὶ μὲν ἐγὼ πτερὰ ἔδωκα, σὺν οἷς ἐπ' ἀπείρονα πόντον
πωτήσῃ, κατὰ γῆν πᾶσαν ἀειρόμενος
ῥηϊδίως· θοίναις δὲ καὶ εἰλαπίνῃσι παρέσσῃ
ἐν πάσαις, πολλῶν κείμενος ἐν στόμασι.
235 καί σε σὺν αὐλίσκοισι λιγυφθόγγοις νέοι ἄνδρες
εὐκόσμως ἐρατοὶ καλά τε καὶ λιγέα
ᾄσονται· καὶ ὅταν δνοφεροῖς ὑπὸ κεύθεσι γαίης
βῇς πολυκωκύτους εἰς Ἀΐδαο δόμους,

rursus exhibentur inter Solonis fragmenta, nempe in fine Elegiae V. Ineptum est bis eadem in eodem libello edere, diversis auctoribus tributa, quum tamen necessario sint unius. Nos aliena possessione Theognidem depellimus. Brunck.

230. Pentametrum hunc sic edidit Aldus: λύειν ὡς πόλεως τοίχοι ἁλωσομένης. Turnebus vero sic: λύειν, ὡς πόλεως τείχη ἁλωσομένης. Rursus Oedipo vel Sibylla opus est. Faculam ostendunt codices, in quibus omnibus: ἀλύειν, κύρν', ὡς πολὲ ἁλωσομένη. Vides iam de nihilo non esse, quod in fine praecedentis versus Aldus habeat σωζομένοισιν, ut etiam est in codd. Istud ν paragogicum fere indicium est, sequentem versum a vocali incipere, quae forte in Aldi codice evanuerat. Luxatus fuit mala librariorum manu pentameter, cuius sensum et metrum proclive fuit restituere:

ἀλύειν, πόλεως ὥσπερ ἁλωσομένης.

Brunck.

236. εὐκόσμως. Sic tres codices, quod ob euphoniam praetuli. Aldus ἐν κόσμῳ. Scripserat forte Poëta ἐν κώμοις. Brunck.

237. κεύθεσι. Est vox homerica κεῦθος. Lexicographis incognitum κεῦθμα, nec memini alibi quam hic legisse: habent enim libri omnes ὑπὸ κεύθμασι γαίης.

οὐδέποτ' οὐδὲ θανὼν ἀπολεῖς κλέος, οὐδέ γε λήσεις,
240 ἄφθιτον ἀνθρώποις αἰὲν ἔχων ὄνομα,
Κύρνε, καθ' Ἑλλάδα γῆν στρωφώμενος, ἠδ' ἀνὰ νήσους,
ἰχθυόεντα περῶν πόντον ἐπ' ἀτρύγετον,
οὐχ ἵππων νώτοισιν ἐφήμενος· ἀλλά σε πέμψει
ἀγλαὰ Μουσάων δῶρα ἰοστεφάνων.
245 πᾶσι γὰρ οἷοι μέμηλε καὶ ἐσσομένοισιν ἀοιδή,
ἔσσῃ ὁμῶς, ὄφρ' ἂν γῆ τε καὶ ἠέλιος.
αὐτὰρ ἐγὼν ὀλίγης παρὰ σεῦ οὐ τυγχάνω αἰδοῦς·
ἀλλ' ὥσπερ μικρὸν παῖδα λόγοις μ' ἀπατᾷς.

Κάλλιστον τὸ δικαιότατον· λῷστον δ' ὑγιαίνειν·
250 ἥδιστον δὲ τυχεῖν, οὗ τις ἕκαστος ἐρᾷ.

Augeantur inde lexica, si pravo exemplo lectionem mutavi. Brunck. Gaisfordus reduxit κεύθμασι. quod probo. Dicitur κεῦθμα et κευθμὸς, eâdem analogiâ quâ αἴνιγμα et αἰνιγμὸς totque alia eiusdem generis. Multorum de his alteram utram formam Lexica adhuc ignorant.

246. ὁμῶς. „ὁμῶς idem quod ὁμοῦ. *una cum.* ut ap. Theogn. 251." [h. l.] Iacobs ad Antholog. Palat. p. 428. Compares Latinorum *pariter*, passim ita usurpatum, ut pro *una cum* videatur positum esse. — ὄφρ' ἂν. subaud. ᾖ. Sic infra v. 839. Homerus Il. XIV. 376. ὃς δέ κ' ἀνὴρ μενέχαρμος. Plato Comicus ap. Plutarch. Themistocl. p. 235. Cor. χὠπόταν ἅμιλλα τῶν νεῶν. Adde quae notavi in Bosii Ellips. p. 605.

247. παρὰ σεῦ οὐ τυγχάνω. Sic IV. codd. Aldus οὐ omisit cum versus labe: nec a quoquam fuit repositum. Alia alii fulcra supposuerunt. In quibusdam editionibus invenio παρὰ σοῦ ἐπιτυγχάνω αἰδοῦς. Sed longe facetissimum est, quod commenti sunt alii, αἰδοῦς trisyllabum facere, nec tamen animadvertentes miserum versum crurifragio sic in duobus ultimis pedibus mulcari. Brunck.

250. ἥδιστον δὲ τυχεῖν, οὗ τις ἕκαστος ἐρᾷ. Sic in Stobaeo, nisi quod habet ὧν pro οὗ. In Theognidis vero libris: πρᾶγμα δὲ τερπνότατον, οὗ τις ἐρᾷ τὸ τυχεῖν. Brunck.

Ἵππος ἐγὼ καλὴ καὶ ἀεθλίη· ἀλλὰ κάκιστον
ἄνδρα φέρω, καί μοι τοῦτ' ἀνιηρότατον.
πολλάκι δὴ μέλλησα διαῤῥήξασα χαλινὸν
φεύγειν, ὠσαμένη τὸν κακὸν ἡνίοχον.

Οὔ μοι πίνεται οἶνος, ἐπεὶ παρὰ παιδὶ τερείνῃ
ἄλλος ἀνὴρ κατέχει πολλὸν ἐμοῦ κακίων.
ψυχρόν μοι παρὰ τῇδε φίλοι πίνουσι τοκῆες,
ὥσθ' ἅμα θ' ὑδρεύει, καί με γοῶσα φέρει.
ἔνθα μέσην παρὰ παῖδα λαβὼν ἀγκῶν', ἐφίλησα
δειρὴν, ἡ δὲ τέρεν φθέγγετ' ἀπὸ στόματος.

Γνωτή τοι πενίη, καὶ ἀλλοτρίη περ ἐοῦσα.
οὔτε γὰρ εἰς ἀγορὴν ἔρχεται οὔτε δίκας.
πάντη γὰρ τοὔλασσον ἔχει· πάντη δ' ἐπίμικτος,
πάντη δ' ἐχθρὰ ὁμῶς γίγνεται, ἔνθα περ ᾖ.

Ἴσως τοι τὰ μὲν ἄλλα θεοὶ θνητοῖς ἀνθρώποις,
γῆράς τ' οὐλόμενον καὶ νεότητ' ἔδοσαν.
τῶν πάντων δὲ κάκιστον ἐν ἀνθρώποις, θανάτου τε
καὶ πασέων νούσων ἐστὶ πονηρότατον,
παῖδας ἐπεὶ θρέψαιο, καὶ ἅρμενα πάντα παρά σχοις,
χρήματα δ' ἐγκαταθεὶς πόλλ' ἀνιηρὰ πάθοις,

258. Aldus et plerique codd. habent: ὡς θαμά θ' ὑδρεύει. Non facile est sensum huius fragmenti declarare, quod sumtum videtur ex amatoria elegia. Mallem legi: ἡ δέ θ' ἅμ' ὑδρεύει, καί με γοῶσα καλεῖ. *Illa vero simul ac it aquatum, gemens me vocat.* Brunck.

261. Conf. Friedemann. de med. syll. pentam. gr. p. 358.

270. Vulgo χρήματα δ' ἐγκαταθῇς, πόλλ' ἀνιηρὰ παθών. Verbum quod ab ἐπεὶ pendet, optativum esse debet, ut duo quae praecedunt. Brunck.

τὸν πατέρ' ἐχθαίρουσι, καταρῶνται δ' ἀπολέσθαι,
καὶ στυγέουσ', ὥσπερ πτωχὸν ἐπερχόμενον.

Εἰκὸς τὸν κακὸν ἄνδρα κακῶς τὰ δίκαια νομίζειν,
μηδεμίαν κατόπιν ἀζόμενον νέμεσιν.
275 δειλῷ γάρ τ' ἀπάλαμνα βροτῷ πάρα πόλλ' ἀνε-
λέσθαι
πὰρ ποδὸς, ἡγεῖσθαί θ' ὡς καλὰ πάντα τιθεῖ.

Ἀστῶν μηδενὶ πιστεύων πόδα τόνδε πρόβαινε,
μήθ' ὅρκῳ πίσυνος, μήτε συνημοσύνῃ,
μηδ' εἰ Ζῆν' αὐτὸν παρέχοι βασιλῆα μέγιστον
280 ἔγγυον ἀθανάτων, πιστὰ τιθεῖν ἐθέλων.
ἐν γάρ τοι πόλει ὧδε κακοψόγῳ ἀνδάνει οὐδέν·
ὡς δὲ τὸ σῶσαι οἱ πολλοὶ ἀνολβότεροι.

274. κατόπιν. V. Friedemann. l. c. p. 289.

275. ἀπάλαμνα male vertunt *difficilia*. Ex opposito nomine intelligitur illud significare *indecora*, *mala*, *inhonesta*, *turpia*. Solon XIV. 12. οὐδ' ἔρδειν ἔθ' ὁμῶς ἔργ' ἀπάλαμνα θέλει. Infra in hisce Excerptis 473. μυθεῖται δ' ἀπάλαμνα, τὰ νήφουσ' εἴδεται αἰσχρά. Brunck.

277. Vulgo legitur μηδενὶ πιστὸς ἐών. Atqui nomen πιστὸς Theognidi valde frequentatum, nullibi apud eum occurrit pro πιστεύων, *fidens*; quam significationem sententia huius loci requirit. πιστὸς ἐὼν librarii errore scriptum fuisse opinor, pro eo quod reposui, πιστεύων. Activa significatione πιστὸς pro *fretus* afferri ait in Thesauro H. Stephanus a Budeo ex Platone. Budeum consulere non vacat: sed aliud exemplum non minus certum in promtu habeo. Sophocles Oed. Col. 1031.

ἀλλ' ἔσθ' ὅτῳ σὺ πιστὸς ὢν ἔδρας τάδε.

Nemo non videt πιστὸς ne eo quidem sensu quo adhibetur a Tragico hic locum habere. Brunck.

278. συνημοσύνῃ. Codd. omnes φιλημοσύνῃ. Brunck.

279. μηδ' εἰ Ζῆν' αὐτὸν παρέχοι — Locum manifeste corruptum sic emendo. Vulgo μηδ' εἰ Ζῆν' ἐθέλει παρέχειν. Brunck.

νῦν δὲ τὰ τῶν ἀγαθῶν κακὰ, γίγνεται ἐσθλὰ κακοῖσιν
ἀνδρῶν, γίγνονται δ' εὐτραπέλοισι νόμος.
285 αἰδὼς μὲν γὰρ ὄλωλεν, ἀναιδείη δὲ, καὶ ὕβρις
νικήσασα δίκην, γῆν κατὰ πᾶσαν ἔχει.

Οὐδὲ λέων αἰεὶ κρέα δαίνυται· ἀλλά μιν ἔμπης
καὶ κρατερόν περ ἐόνθ', αἱρεῖ ἀμηχανίη.

Κωτίλῳ ἀνθρώπῳ σιγᾶν χαλεπώτατον ἄχθος.
290 φθεγγόμενος δ' ἀδαὴς, οἷσι παρῇ, πέλεται.
ἐχθαίρουσι δὲ πάντες, ἀναγκαίη δ' ἐπίμιξις
ἀνδρὸς τριούτου συμποσίῳ τελέθει.

284. εὐτραπέλοισι, *urbanis, dicacibus.* νόμος, *cantilena, fabula. C'est une chanson aux railleurs.* Sic recte T. Faber, teste eius filia ad Callim. H. in Delum 304. Male vulgo ἐκτραπέλοισι. Brunck.

290. πέλεται. Sic reperit Turnebus in quodam exemplari: ipse tamen edidit μέλεται, quod et Aldus et codd. habent. Ioanni Piersono, singulari ingenio et doctrina viro, haud sine causa videbatur huic pentametro ulcus subesse ὕπουλον. Manifesta est librarii fraus, quam in voce ἀδαὴς deprehendere mihi videor. Scripserat Theognis:

φθεγγόμενος δ' ἀαδὴς οἷσι παρῇ πέλεται.

ἀαδὴς et significatione et ratione compositionis plane idipsum est, quod nobis Gallis *déplaisant.* Apud Hesychium Glossa exstat ἀαδὲς, ἀηδές. Quod neutiquam est Doricum; sed ab α privativo et ἄδειν. Eidem Piersono, quem vide Verisimilium p. 55. non adsentior, seq. v. pro ἀναγκαίη reponenti ἀνιηρή. Est enim eadem utriusque nominis significatio. Quaecunque coacti patimur, quaeque vix effugere licet, ea sunt maxime ἀνιηρά. Inde si quid valde est *ingratum*, id recte ἀναγκαῖον appellatur, quia ἀνάγκην seu *vim* adfert. In ἀναγκαίη intensior est significatio. Brunck. ἀναγκαίη tuetur etiam Eldikius Suspic. Specim. p. 3. Evenus ap. Plutarch. Mor. T. V. p. 500. Wyttenb. πᾶν γὰρ ἀναγκαῖον πρᾶγμ' ἀνιηρὸν ἔφυ. Cf. infra v. 464.

οὐδ' ἐθέλει φίλος εἶναι, ἐπὴν κακὸν ἀνδρὶ γένηται,
οὐδ' ἣν ἐκ γαστρὸς, Κύρνε, μιᾶς γεγόνῃ.

295 Πικρὸς καὶ γλυκὺς ἶσθι, καὶ ἀργαλέος, καὶ ἀπηνὴς
λάτρισι καὶ δμωσί, γείτοσί τ' ἀγχιθύροις.

Οὐ χρὴ κιγκλίζειν ἀγαθὸν βίον, ἀλλ' ἀτρεμίζειν,
τὸν δὲ κακὸν κινεῖν, ἔς τ' ἂν ἔς ὀρθὰ λάβῃς.

Οἱ κακοὶ οὐ πάντως κακοὶ ἐκ γαστρὸς γεγόνασιν,
300 ἀλλ' ἄνδρεσσι κακοῖς συνθέμενοι φιλίην·
ἔργα τε δείλ' ἔμαθον, καὶ ἔπη δύσφημα καὶ ὕβριν,
ἐλπόμενοι κείνους πάντα λέγειν ἔπυμα.

Εν μὲν συσσίτοισιν ἀνὴρ πεπνυμένος ἶσθι.
πάντα δέ μιν λήθειν ὡς ἀπεόντα δόκει.
305 εἶδε φέρειν τὰ γελοῖα· θύρῃφι δὲ καρτερὸς εἴης,
γιγνώσκων ὀργὴν, ἣν τιν' ἕκαστος ἔχει.

Εν μὲν μαινομένοις μάλα μαίνομαι· ἐν δὲ δικαίοις
πάντων ἀνθρώπων εἰμὶ δικαιότατος.

Κύρν', ἀγαθὸς μὲν ἀνὴρ γνώμην ἔχει ἔμπεδον αἰεί·
310 τολμᾷ δ' ἔν τ' ἀγαθοῖς κείμενος, ἔν τε κακοῖς.
εἰ δὲ θεὸς κακῷ ἀνδρὶ βίον καὶ πλοῦτον ὀπάσσει,
ἀφραίνων κακίην οὐ δύναται κατέχειν.

294. γεγόνῃ. Sic Turnebus ad syntaxeos legem. Aldus et codd. γεγόνει. Brunck.

305. εἶδε, ἴσθι, scias. Sic bene Turnebus. Ediderat Aldus εἰ δὲ — Codices alii εἰς δὲ φέρει, alii εἰς δὲ φέροι. In praec. versu μιν, αὐτὸν, significat τὸν πεπνυμένον ἄνδρα. Brunck. εἶδε pro ἴσθι barbarum est. Nusquam non significat vidit.

308. Post hunc versum legitur in impressis sententia duobus distichis constans, quorum sine controversia Solon auctor est. Sunt inter eius fragmenta XIII. Brunck.

Μήποτ' ἐπὶ σμικρῷ προφάσει φίλον ἄνδρ' ἀπο-
λέσσῃς,
πειθόμενος χαλεπῇ, Κύρνε, διαβολίῃ.
315 εἴ τις ἁμαρτωλῇσι φίλων ἐπὶ παντὶ χολῶτο,
Quonam hic usque tepor, Iuvenes, quando ignea vobis
vis animi? Non vos Amphipcrictyonum
tam segnes censura movet? vos alta putatis
otia, quum tellus undique marte fremat.
Iam quicunque vir est, scutum ferat obvius hosti,
et iaculum vibret vel moriente manu.
Gloria namque ingens adoriri cominus hostem
pro grege natorum coniugeque et patria.
Fortibus et pavidis condicto tempore mortem
Parca feret. Rectum quilibet interea
protendat gladium, clypeo generosa recondens
pectora, dum primo sanguine pugna calet.
A fato nulli mortis sit gratia, non si
auctores generis sit numerare Deos.
Saepe aliquem elapsum circumstridentia tela,
in lare privato mors inopina rapit:
mors vilis populo, et nullum meritura favorem.
Fortem plebs celebrat, grataque nobilitas,
sive cadens populi gemitus expressit amantis,
seu vivens auget semideûm numeros,
vertitque in se oculos ceu celso vertice turris:
quippe unus multos laudibus exsuperans.

TYRTAEI

ELEGIA II.

INTERPRETE H. GROTIO.

Audite, invicti quando genus Herculis estis:
obstipo nondum Iuppiter est capite.
Ne stantum contra numerum trepidate virorum,
sed parmam primis obiicite agminibus.
Proiicite ex animo hanc animam, nec lumina Solis
quaerite prae Mortis nocte soporifera:
scitis enim, saevi quam facta illustria Martis,
quam sit bellorum nobilis ille furor,
saepe fugam experti, fugientes saepe secuti:
ô iuvenes, sors vos ista, nec ista latet.
Nam qui consertis clypeorum umbonibus audent
cominus in primos vulnera ferre viros,
saepe minus pereunt, et servant pone sequentes:
at timidis virtus undique disperiit.
Nec quisquam fando valeat memorare, malorum
degeneres animos millia quanta premunt.
Turpe etenim trepido fugientem praelia cursu
imbelli dorso vulnera suscipere:
turpe et pulverea stratum tellure cadaver,
cuius ab hostili cuspide terga rubent.
Sed bene progressus miles pede calcet utroque
tellurem, et labrum dente premat tacito:

crus, latosque humeros, et pectus forte, femurque
ventroso clypeus ferreus orbe tegat:
dextera sed validam summa vi torqueat hastam,
pennata et galeam crista supervolitet.
Discite belligeram faciendo fortiter artem:
munitum scuto tela timere nefas.
Cominus aggrediens, protentam quilibet hastam,
vel gladium, hostili deprimat in latere:
haereat et scutum scuto, stabilisque pedi pes,
tum conus cono, tum galeae galea:
pectora pectoribus coëant: sic ipsius hostis
vel telum manibus prendite, vel capulum.
Tu vero interea veles post scuta latescens,
nec lapidum densis imbribus obruere,
nec cessa iaculis obstantem figere turbam:
te teget armato milite densa cohors.

TYRTAEI ELEGIA III.

INTERPRETE H. GROTIO.

Non ullo in pretio, non ulla laude notandus,
sive pedis celeris, sive manus pugilis,
sit licet et vasto Cyclopum corpore maior,
et superet cursu Threïcium Boream,
tum pulchrae vincat Tithonum munere formae,
divitiis Cinyram, divitiisque Midam,
Tantalidam Pelopem diffuso limite regni,
Adrastum blandi vocibus eloquii,
omnia quin habeat, si desit adorea belli:
quippe usus nullos tempore Martis habet,
qui non intrepidus caedem spectare cruentam,
consertumque hosti gaudet habere pedem.

Hoc vere solidum certamen, et unica virtus
aeterno iuvenes quae decorat decore.
Res populi, commune bonum, vir robore praestans,
immotus primis qui stat in ordinibus,
oblitusque fugae venit in certamina Martis,
adiiciens animum, proiiciens animam:
qui propter stantem generosae mortis amore
concitat: hunc bello dixeris egregium:
quem subito hostiles pavitant fugitantque catervae:
qui belli fluctus arte manuque regit:
qui dulcem amittit, sed primus, in agmine vitam:
magnus honor, generi, magnus honor patriae:
vulnera multa ferens, adversa sed omnia, fosso
pectore, lorica nec minus, et clypeo.
Huius ad exequias plorant iuvenesque senesque:
hunc tota urbs planctu funera prosequitur:
sed nec honore caret tumulus, sobolesque superstes,
et sobolis soboles, totaque posteritas:
semper honos nomenque manent et posthuma fama:
sub tellure siti gloria morte caret:
scilicet intrepidum quem stantem et belligerantem
pro patria et natis Mars ferus abripuit.
Fugerit at nigrae si longa silentia noctis,
et spolia e bello victor opima ferat,
hunc venerata minor colit, hunc et serior aetas:
sic tumulum multo plenus honore petit:
cuius honoratam populo nec vocibus ausit
nec dictis quisquam laedere canitiem:
assurgunt illi iuvenes, acquaevaque turba:
assurgunt aevo iam graviore senes.
Hoc nunc quisque paret virtutis scandere culmen,
bellum indefesso sollicitans studio.

ΜΙΜΝΕΡΜΟΥ ΚΟΛΟΦΩΝΙΟΥ.

I.

Τίς δὲ βίος, τί δὲ τερπνὸν ἄτερ χρυσέης Ἀφροδίτης;
τεθναίην, ὅτ' ἐμοὶ μηκέτι ταῦτα μέλοι,
κρυπταδίη φιλότης, καὶ μείλιχα δῶρα, καὶ εὐνή.
ἄνθεα τῆς ἥβης γίγνεται ἁρπαλέα
ἀνδράσιν ἠδὲ γυναιξίν· ἐπὴν δ' ὀδυνηρὸν ἐπέλθῃ
γῆρας, ὅ τ' αἰσχρὸν ὁμῶς καὶ καλὸν ἄνδρα τιθεῖ,
αἰεὶ μὲν φρένας ἀμφὶ κακαὶ τείρουσι μέριμναι,
οὐδ' αὐγὰς προσορῶν τέρπεται ἠελίου.

MIMNERMI I. Ad hos versus respexit Horatius Numicio scribens:

Si, Mimnermus uti censet, sine amore iocisque
nil est iucundum, vivas in amore iocisque.

BRUNCK.

4. τῆς ἥβης. Articulum qui in Tyrtaeo I. 28. non tolerarunt, hinc etiam expellere debebunt.

5. Male in Stobaeo legitur ἐπεὶ δ' ὀδυνηρὸν ἐπέλθῃ, quae constructio soloeca est. BRUNCK. Non magis soloeca est, quam ubi ὅτε subiunctivo iungitur. Homerus Odyss. XIV. 374. ὅτ' ἀγγελίη ποθὲν ἔλθῃ. ubi Wolfiana minus recte, ut opinor, ἔλθοι.

8. προσορῶν τέρπεται. Sic scriptus liber et Gesneri editio: in Grotii editione προσορᾷν, quod, ut alia infinita menda praestantissimi illius operis tam in Graecis quam in Latinis, typothetae imperitiae tribuendum.

BRUNCK.

Venustam huius fragmenti versionem quae exstat in Actis Parisiensis Academiae T. X. p. 294. nemo non libenter hic leget:

Que seroit, sans l'amour, le plaisir et la vie?
Puisse-t-elle m' être ravie,
Quand je perdrai le goût d'un mystere amoureux,
Des faveurs, des lieux faits pour les amants heureux.
Cueillons la fleur de l'âge, elle est bientôt passée:
Le sexe n'y fait rien: la vieillesse glacée

ἀλλ' ἐχθρὸς μὲν παισὶν, ἀτίμαστος δὲ γυναιξίν.
10 οὕτως ἀργαλέον γῆρας ἔθηκε θεός.

II.

Ἡμεῖς δ', οἷά τε φύλλα φύει πολυάνθεμος ὥρη
ἦρος, ὅτ' ἂψ αὐγὴ αὔξεται ἠελίου,
τοῖς ἴκελοι, πήχυιον ἐπὶ χρόνον ἄνθεσιν ἥβης
τερπόμεθα, πρὸς θεῶν εἰδότες οὔτε κακὸν,
5 οὔτ' ἀγαθόν· Κῆρες δὲ παρεστήκασι μέλαιναι·
ἡ μὲν ἔχουσα τέλος γήραος ἀργαλέου,
ἡ δ' ἑτέρη θανάτοιο. μίνυνθα δὲ γίγνεται ἥβης
καρπὸς, ὅσον τ' ἐπὶ γῆν κίδναται ἠέλιος.
αὐτὰρ ἐπὴν δὴ τοῦτο τέλος παραμείψεται ὥρης,
10 αὐτίκα δὴ τεθνάναι βέλτιον, ἢ βίοτος.
πολλὰ γὰρ ἐν θυμῷ κακὰ γίγνεται· ἄλλοτε δ' οἶκος
τρυχοῦται, πενίης δ' ἔργ' ὀδυνηρὰ πέλει·
ἄλλος δ' αὖ παίδων ἐπιδεύεται, ὧν τε μάλιστα
ἱμείρων κατὰ γῆς ἔρχεται εἰς Ἀΐδην·
15 ἄλλος νοῦσον ἔχει θυμοφθόρον. οὐδέ τις ἐστὶν
ἀνθρώπων, ᾧ Ζεὺς μὴ κακὰ πολλὰ διδοῖ.

III.

Τὸ πρὶν ἐὼν κάλλιστος, ἐπὴν παραμείψεται ὥρη,
οὐδὲ πατὴρ παισὶ τίμιος, οὔτε φίλοις.

Vient avec la laideur confondre la beauté.
L'homme alors est en proye aux soins, à la tristesse;
Haï des jeunes gens, des belles maltraité,
Du soleil à regret il souffre la clarté.
Voilà le sort de la vieillesse.

BRUNCK.

II. 2. ἄψ. In Stobaeo legitur αἶψ'. BRUNCK.

16. διδοῖ. Sic Stobaei codex. In impressis male διδῷ. BRUNCK.

IV.

Τιθωνῷ μὲν ἔδωκεν ἔχειν κακὸν ἄφθιτον ὁ Ζεὺς,
γῆρας, ὃ καὶ θανάτου ῥίγιον ἀργαλέου.

V.

Αὐτίκ' ἐμοὶ κατὰ μὲν χροιὴν ῥέει ἄσπετος ἱδρώς,
πτοιοῦμαι δ' ἐσορῶν ἄνθος ὁμηλικίης
τερπνὸν ὁμῶς καὶ καλὸν, ἐπεὶ πλέον ὤφελεν εἶναι.
ἀλλ' ὀλιγοχρόνιον γίγνεται, ὥσπερ ὄναρ,
ἥβη τιμήεσσα· τὸ δ' ἀργαλέον καὶ ἄμορφον
γῆρας ὑπὲρ κεφαλῆς αὐτίχ' ὑπερκρέμαται,
ἐχθρὸν ὁμῶς καὶ ἄτιμον, ὅ τ' ἄγνωστον τιθεῖ ἄνδρα,
βλάπτει δ' ὀφθαλμοὺς καὶ νόον ἀμφιχυθέν.

VI.

Αἴ γὰρ ἄτερ νούσων τε καὶ ἀργαλέων μελεδώνων
ἑξηκονταέτη μοῖρα κίχοι θανάτου.

VII.

Δεινοὶ γὰρ ἀνδρὶ πάντες ἐσμὲν εὐκλεεῖ
ζῶντι φθονῆσαι, κατθανόντα δ' αἰνέσαι.

VIII.

Οποῖα δὴ φιλοῦσιν ἰατροὶ λέγειν,
τὰ φαῦλα μείζω, καὶ τὰ δεῖν' ὑπέρφοβα,
πυργοῦντες αὐτούς.

V. Huius fragmenti tres primi versus desunt in Stobaeo. Eos e Theognide supplevi, apud quem tria prima disticha leguntur in aliis editionibus ad v. 1011. Brunck.

VI. Distichon hoc legitur apud Diogenem Laertium in Solonis vita. Brunck.

VIII. In Stobaei codice primus huius fragmenti versus sic legitur: *οἷα δὴ φιλοῦσιν ἰατροὶ λέγειν.* Senarium restituo pro *οἷα* legendo *ὁποῖα.* Mox optimam lectionem praestat cod. *τὰ δεῖν' ὑπέρφοβα.* Impressi habent *ὑπὲρ φόβον.* Brunck.

MIMNERMI

QUAE APUD STOBAEUM SUNT

INTERPRETE H. GROTIO.

I. Tit. LXIII.

Vita quid est, quid dulce, nisi iuvet aurea Cypris?
tum peream, Veneris quum mihi cura perit.
Flos celer aetatis sexu donatus utrique,
lectus, amatorum munera, tectus amor,
omnia diffugiunt, mox quum venit atra senectus,
quae facit et pulchros turpibus esse pares.
Torpida sollicitae lacerant praecordia curae:
lumina nec solis, nec iuvat alma dies,
invisum pueris, inhonoratumque puellis.
Tam dedit, heu, senio tristia fata Deus.

II. Tit. XCVIII.

Nos foliis similes, quae gignit purpureum ver,
cum Sol se primum candidus exseruit,
heu non mansuro gaudentes flore iuventae
ludimus, edocti nec bona, per Superos,
nec mala. Circumstant geminae, fera numina, Parcae:
altera fert aevi triste senilis onus,
altera fert mortem. Nec durat longius aetas,
quam Sol qui subitis spargit humum radiis.

At postquam rosei defluxit temporis hora,
nil magis optandum, quam cito posse mori.
Hinc atque hinc animum mordent mala. Saepe laborat
res laris: incumbit squallida pauperies.
Est et qui sobolem votis sitientibus usque
optat, ad infernas orbus iturus aquas.
Morbus adest aliis animam quoque. Denique nullus
est hominum, cui non det mala multa Deus.

III. Tit. CXVII.

Hunc qui pulcher erat quondam, quum canuit aetas,
iam sua nec soboles, iam nec amicus amat.

IV. Tit. CXVII.

Immortale malum tibi dat, Tithone, senectam
Iuppiter: ipsa minus mors, mihi crede, malum est.

V. Tit. CXVII.

Ac veluti subito somnia praetereunt,
sic et pulchra iuventa: malis onerata senectus
impendens capiti foeda supervolitat;
contemtumque odiumque ferens ingloria, circum
cum noxa mentem volvitur atque oculos.

VII. Tit. CXXVI.

Omnes viris solemus excellentibus
livere vivis, mortuis laudem dare.

VIII. Tit. CII.

Ut fabulatur natio medentium,
quae levia magni, gravia plus aequo aestimat,
laudi parandae.

ΣΟΛΩΝΟΣ ΑΘΗΝΑΙΟΥ.

I.

Πρὸς Μίμνερμον εἰπόντα,

ΕΞΗΚΟΝΤΑΕΤΗ ΜΟΙΡΑ ΚΙΧΟΙ ΘΑΝΑΤΟΥ.

Ἀλλ' εἴ μοι κἂν νῦν ἔτι πείσεαι, ἔξελε τοῦτο·
μηδὲ μέγαιρ', ὅτι σεῦ λώϊον ἐφρασάμην.
καὶ μεταποίησον λιγέως ταδί, ὧδε δ' ἄειδε·
ΟΓΔΩΚΟΝΤΑΕΤΗ ΜΟΙΡΑ ΚΙΧΟΙ ΘΑΝΑΤΟΥ.
5 μηδ' ἐμοὶ ἄκλαυστος θάνατος μόλοι, ἀλλὰ φίλοισι
καλλείποιμι θανὼν ἄλγεα καὶ στοναχάς.

II.

Ἔργα δὲ Κυπρογενοῦς νῦν μοι φίλα, καὶ Διονύσου,
καὶ Μουσέων, ἃ τίθησ' ἀνδράσιν εὐφροσύνας.

III.

Ὄλβιος, ᾧ παῖδές τε φίλοι, καὶ μώνυχες ἵπποι,
καὶ κύνες ἀγρευταὶ, καὶ ξένος ἀλλοδαπός.

SOLONIS I. Quatuor primos versus exhibet Diogenes Laertius. Ultimum distichon laudat Plutarchus in comparatione Solonis et Publicolae, ubi legitur ποιήσαιμι θανών. Stobaeum sequor. BRUNCK.

II. Distichon hoc laudat Plutarchus in Solonis vita, et Op. Mor. p. 571. ubi etiam IV. exstat. BRUNCK.

III. Distichon hoc ex Hermiae Philosophi commentario Ms. in Platonis Phaedrum protulit ad Callimachi fragmenta Ruhnkenius p. 421. BRUNCK.

IV.

Ἐς δ' ἥβης ἐρατοῖσιν ἐπ' ἄνθεσι παιδοφιλήσεις,
μηρῶν ἱμείρων καὶ γλυκεροῦ στόματος.

V.

Μνημοσύνης καὶ Ζηνὸς Ολυμπίου ἀγλαὰ τέκνα,
Μοῦσαι Πιερίδες, κλῦτέ μοι εὐχομένῳ.
ὄλβον ἐμοὶ πρὸς θεῶν μακάρων δότε, καὶ πρὸς ἁπάντων
ἀνθρώπων αἰεὶ δόξαν ἔχειν ἀγαθήν·
5 εἶναι δὲ γλυκὺν ὧδε φίλοις, ἐχθροῖσι δὲ πικρόν·
τοῖσι μὲν αἰδοῖον, τοῖσι δὲ δεινὸν ἰδεῖν.
χρήματα δ' ἱμείρω μὲν ἔχειν, ἀδίκως δὲ πεπᾶσθαι
οὐκ ἐθέλω. πάντως ὕστερον ἦλθε δίκη.
πλοῦτον δ' ὃν μὲν δῶσι θεοί, παραγίγνεται ἀνδρὶ
10 ἔμπεδος ἐκ νεάτου πυθμένος ἐς κορυφήν·
ὃν δ' ἄνδρες τιμῶσιν, ὑφ' ὕβριος οὐ κατὰ κόσμον
ἔρχεται· ἀλλ' ἀδίκοις ἔργμασι πειθόμενος,
οὐκ ἐθέλων ἕπεται· ταχέως δ' ἀναμίσγεται ἄτῃ.
ἀρχὴ δ' ἐξ ὀλίγου γίγνεται, ὥστε πυρὸς,
15 φλαύρη μὲν τὸ πρῶτον, ἀνιηρὴ δὲ τελευτᾷ.
οὐ γὰρ δὴν θνητοῖς ὕβριος ἔργα πέλει.
ἀλλὰ Ζεὺς πάντων ἐφορᾷ τέλος. ἐξαπίνης δὲ
ὥστ' ἄνεμος νεφέλας αἶψα διεσκέδασεν
ἠρινὸς, ὃς πόντου πολυκύμονος ἀτρυγέτοιο
20 πυθμένα κινήσας, γῆν κατὰ πυροφόρον
δηώσας καλὰ ἔργα, θεῶν ἕδος, αἰπὺν ἱκάνει
οὐρανὸν, αἰθρίην δ' αὖθις ἔθηκεν ἰδεῖν,

V. 8. πάντως ὕστερον. Sic Stobaei cod. et Plutarchus in Solonis vita. Grotius dedit πάντων ὕστερος. Mox v. 10. cod. ἐς κορυφὴν, non εἰς. Brunck.

λάμπει δ' ἠελίοιο μένος κατ' ἀπείρονα γαῖαν
καλὸν, ἀτὰρ νεφέων οὐδὲν ἔτ' ἐστὶν ἰδεῖν·
25 τοιαύτη Ζηνὸς πέλεται τίσις, οὐδ' ἐφ' ἑκάστῳ,
ὥσπερ θνητὸς ἀνὴρ, γίγνεται ὀξύχολος.
αἰεὶ δ' οὐ τι λέληθε διαμπερὲς, ὅς τις ἀλιτρὸν
θυμὸν ἔχει· πάντως δ' ἐς τέλος ἐξεφάνη.
ἀλλ' ὁ μὲν αὐτίκ' ἔτισεν, ὁ δ' ὕστερον· ἢν δὲ φύγωσιν
30 αὐτοὶ, μηδὲ θεῶν Μοῖρ' ἐπιοῦσα κίχῃ,
ἦλυθε πάντως. αὖτις ἀναίτιοι ἔργα τίνουσιν
ἢ παῖδες τούτων, ἢ γένος ἐξοπίσω.
θνητοὶ δ' ὧδε νοεῦμεν, ὁμῶς ἀγαθός τε κακός τε·
ἐσθλὴν δ' εἰς αὐτοῦ δόξαν ἕκαστος ἔχει,
35 πρίν τι παθεῖν· τότε δ' αὖτις ὀδύρεται. ἄχρι δὲ τούτου
χάσκοντες, κούφαις ἐλπίσι τερπόμεθα.
χ' ὅστις μὲν νούσοισιν ὑπ' ἀργαλέῃς ἐπιέσθη,
ὡς ὑγιὴς ἔσται, τοῦτο κατεφράσατο.
ἄλλος δειλὸς ἐὼν, ἀγαθὸς δοκεῖ ἔμμεναι ἀνὴρ,
40 καὶ καλὸς, μορφὴν οὐ χαρίεσσαν ἔχων.
εἰ δέ τις ἀχρήμων, πενίης δέ μιν ἔργα βιᾶται,
κτήσασθαι πάντως χρήματα πολλὰ δοκεῖ.

23. κατ' ἀπείρονα γαῖαν. In Stobaei cod. κατὰ πίονα γαῖαν, ut vulgo: sed superscripta altera illa lectio, quam praetulimus. Brunck.

27. αἰεὶ δ' οὔ τι λέληθε. Sic est in cod. Perperam in impressis αἰεὶ οὔτε λέληθε. Brunck.

29. ἢν δὲ φύγωσιν. Soloece vulgo εἰ. In cod. οἳ δὲ —. Brunck. In vulgata scriptura nihil soloeci esse, vix opus moneri.

31. αὖτις ἀναίτιοι. Sic legendum sententia flagitante. Vulgo αὐτίκ' ἀναίτια. Horum prius saltem defendi non poterat. Mox emendatio ἢ γένος ἐξοπίσω scripta est in codicis margine, cuius contextus exhibet mendose ἡγεμόνων. Sic Tyrtaeus El. III. 30. καὶ παίδων παῖδες, καὶ γένος ἐξοπίσω. Brunck. Eduard. Gerhardius, vir egregius, cui litterae nostrae plurimum debebunt, in Lect. Apollon. p. 214. recte interpungit: ἦλθε πάντως αὖτις. ἀναίτιοι —. quae interpunctio iam Wyttenbachio placuerat. Supra v. 8. πάντως ὕστερον ἦλθε δίκη.

σπεύδει δ' ἄλλοθεν ἄλλος. ὁ μὲν κατὰ πόντον ἀλᾶται
ἐν νηυσὶ, χρῄζων οἴκαδε κέρδος ἄγειν,
45 ἰχθυόεντ', ἀνέμοισι φορεύμενος ἀργαλέοισι,
φειδωλὴν ψυχῆς οὐδεμίην θέμενος.
ἄλλος γῆν τέμνων πολυδένδρεον, εἰς ἐνιαυτὸν
λατρεύει, τοῖσι καμπύλ' ἄροτρα μέλει.
ἄλλος Ἀθηναίης τε καὶ Ἡφαίστου πολυτέχνεω
50 ἔργα δαεὶς, χειροῖν ξυλλέγεται βίοτον.
ἄλλος Ὀλυμπιάδων Μουσέων πάρα δῶρα διδάχθη,
ἱμερτῆς σοφίης μέτρον ἐπιστάμενος.
ἄλλον μάντιν ἔθηκεν ἄναξ ἑκάεργος Ἀπόλλων·
ἔγνω δ' ἀνδρὶ κακὸν τηλόθεν ἐρχόμενον,
55 ᾧ συνομαρτήσουσι θεοί· τὰ δὲ μόρσιμα πάντως
οὔτε τις οἰωνὸς ῥύσεται, οὔθ' ἱερά,
οὔθ' οἱ Παιῶνος πολυφαρμάκου ἔργον ἔχοντες
ἰητροὶ, καὶ τοῖς οὐδὲν ἔπεστι τέλος.
πολλάκι δ' ἐξ ὀλίγης ὀδύνης μέγα γίγνεται ἄλγος,
60 κοὐκ ἄν τις λύσαι ἤπια φάρμακα δοὺς·

44. ἐν νηυσὶ. et v. 48. τοῖσι exhibet cod. sine putida paragoge literae ν. Brunck. Putidum Brunckio visum, quod his diebus nemini non probatur. Tam cito corruunt Criticorum canones, novis subinde in lucem prolatis, quorum post paucos annos non laetior erit fortuna!

50. ἔργα δαεὶς. Postliminio tandem redit beneficio Reg. Codicis genuina lectio quae ab impressis exulabat. In Gesneri editione excusum ἔργαλα εἰν χειροῖν. In antiquissimo codice scriptum erat ΕΡΓΑΔΑΒΙΣ, quod quam facile depravari potuerit intelligent, quibus notum, quot in libris ortae fuerint mendae ex confusione literarum Α, Λ, Δ. Iam varias coniecturas, quibus huius versus tentata fuerat emendatio, nihil adtinet referre. Omnium sane optima erat illa viri peraeque docti et ingeniosi, cuius amicitiae recordatio est eritque mihi semper iucundissima, ἔργα λαχών. Seq. v. Μουσέων scribi debuit. In cod. Μουσάων. Brunck. Cf. Brunckii Lection. et Emendat. ad Anal. p. 11.

60. Praetulerim equidem, quod in marg. Stob. re-

τὸν δὲ κακαῖς νούσοισι κυκώμενον ἀργαλέαις τε
ἁψάμενος χειροῖν, αἶψα τίθησ' ὑγιῆ.
Μοῖρα δέ τοι θνητοῖσι κακὸν φέρει, ἠδὲ καὶ ἐσθλόν·
δῶρα δ' ἄφυκτα θεῶν γίγνεται ἀθανάτων.
65 πᾶσι δέ τοι κίνδυνος ἐπ' ἔργμασιν, οὐδέ τις οἶδε
ποῖ σχήσειν μέλλει, χρήματος ἀρχομένου.
ἀλλ' ὁ μὲν εὐδοκιμεῖν πειρώμενος, οὐ προνοήσας,
ἐς μεγάλην ἄτην καὶ χαλεπὴν ἔπεσε·
τῷ δὲ καλῶς ἔρδοντι θεὸς περὶ πάντα τίθησι
70 συντυχίην ἀγαθήν, ἔκλυσιν ἀφροσύνης.
πλούτου δ' οὐδὲν τέρμα πεφασμένον ἀνθρώποισιν.
οἳ γὰρ νῦν ἡμέων πλεῖστον ἔχουσι βίον,
διπλάσιον σπεύδουσι· τίς ἂν κορέσειεν ἅπαντας;
κέρδεά τοι θνητοῖς ὤπασαν ἀθάνατοι·
75 ἄτη δ' ἐξ αὐτῶν ἀναφαίνεται, ἣν ὁπόταν Ζεὺς
πέμψῃ τισομένην, ἄλλοτέ κ' ἄλλος ἔχοι.

periri dicitur: κοὐκ' ἄν τις λύσαιτ' ἤ. φ. δ. FRIEDEMANN. de med. syll. pentam. gr. p. 285. Ita dedit Gaisfordus.

61. In hoc disticho forte quis deprehendet naturae illud arcanum, quod nunc in artem medendi transferri incipit, quodque vocant *le magnétisme animal*. BRUNCK.

65. Hoc distichon et duo sequentia in Theognidis farraginem relata fuerunt, ubi leguntur vulgo v. 585. Tria ultima Elegiae disticha eo etiam inserta fuerunt v. 227. BRUNCK.

69. καλῶς. Vide ne scribendum sit κακῶς. Vulgatam non videtur ferre antithesis.

76. ἄλλοτέ κ' ἄλλος ἔχοι. In codice scriptum ἄλλοτε τ' ἄλλος ἔχοι. In impressis ἄλλοτέ τ' ἄλλος ἔχει. Scribi potuit etiam ἄλλοτ' ἂν ἄλλος ἔχοι, quod sane mallem. BRUNCK. Legendum puto: ἄλλοτε ἄλλος ἔχει. Solennis formula, in qua, ut in aliis, hiatus Graecorum auribus videtur placuisse. Omnino mihi parum probantur, qui chasmodiam, ubicunque occurrit, odio exagitant implacabili.

VI.

Οὐδὲ μάκαρ οὐδεὶς πέλεται βροτός· ἀλλὰ πόνηροι
πάντες, ὅσους θνητοὺς ἠέλιος καθορᾷ.

VII.

Ἔργμασιν ἐν μεγάλοις πᾶσιν ἁδεῖν χαλεπόν.

VIII.

Γνωμοσύνης δ' ἀφανὲς χαλεπώτατόν ἐστι νοῆσαι
μέτρον, ὃ δὴ πάντων πείρατα μοῦνον ἔχει.

IX.

Γηράσκω δ' αἰεὶ πολλὰ διδασκόμενος.

X.

Πάμπαν δ' ἀθανάτων ἀφανὴς νόος ἀνθρώποισι.

XI.

Τίκτει γὰρ κόρος ὕβριν, ὅταν πολὺς ὄλβος ἕπηται.

XII.

Ἰσόν τοι πλουτοῦσιν, ὅτῳ πολὺς ἄργυρός ἐστι
καὶ χρυσὸς, καὶ γῆς πυροφόρου πεδία,
ἵπποι θ', ἡμίονοί τε, καὶ ᾧ μόνα ταῦτα πάρεστι,
γαστρί τε καὶ πλευραῖς καὶ ποσὶν ἁβρὰ παθεῖν,

VI. 1. *μάκαρ.* Al. *μάκαρς.* V. Welcker. in Fragm. Alcman. p. 68.

VII. Laudatur hic Solonis pentameter a Plutarcho in illius vita, Edit. Bryani p. 202. Brunck.

VIII. Exstat apud Clementem Alex. p. 694. Brunck.

IX. Laudatur hic versus a Plutarcho in Solonis vita, et a Sophoclis Schol. ad Antigonen 711. Brunck.

X. Laudant hunc versum Eusebius P. E. p. 688. et Clemens Alex. p. 727. ubi pro *πάμπαν* legitur *πάντῃ.* Seq. versum habet idem Clemens p. 740. Brunck.

XII. Hos versus, qui in Theognideis vulgo leguntur ad v. 719., Solonis esse constat, Plutarchi testimonio, qui partem eorum laudat initio illius vitae. Sequens etiam fragmentum Plutarchi auctoritate freti Solonì unice tribuimus, quod inter Theognidea quoque legitur ad v. 315. Brunck.

5 παῖδές τ' ἠδὲ γυναῖκες· ὅταν δέ γε τῶνδ' ἐφίκηται
ὥρη, σὺν δ' ἥβῃ γίγνεται ἁρμοδία,
ταῦτ' ἄφενος θνητοῖσι. τὰ γὰρ περιώσια πάντα
χρήματ' ἔχων οὐδεὶς ἔρχεται εἰς Ἀΐδην.
οὐδ' ἂν ἄποινα διδοὺς θάνατον φύγοι, οὐδὲ βαρείας
10 νούσους, οὐδὲ κακὸν γῆρας ἐπερχόμενον.

XIII.

Πολλοὶ μὲν πλουτοῦσι κακοί, ἀγαθοὶ δὲ πένονται.
ἀλλ' ἡμεῖς αὐτοῖς οὐ διαμειψόμεθα
τῆς ἀρετῆς τὸν πλοῦτον· ἐπεὶ τὸ μὲν ἔμπεδον αἰεί,
χρήματα δ' ἀνθρώπων ἄλλοτε ἄλλος ἔχει.

XIV.

Παῖς μὲν ἄνηβος ἐὼν ἔτι νήπιος ἕρκος ὀδόντων
φύσας, ἐκβάλλει πρῶτον ἐν ἕπτ' ἔτεσι.
τοὺς δ' ἑτέρους ὅτε δὴ τελέσει θεὸς ἕπτ' ἐνιαυτούς,
ἥβης ἐκφαίνει σήματα γιγνομένης.
5 τῇ τριτάτῃ δὲ γένειον ἀεξομένων ἐπὶ γυίων
λαχνοῦται, χροιῆς ἄνθος ἀμειβομένης.
τῇ δὲ τετάρτῃ πᾶς τις ἐν ἑβδομάδ' ἐστὶν ἄριστος
ἰσχύν, οἵ τ' ἄνδρες σήματ' ἔχουσ' ἀρετῆς.

XIV. Hos Solonis versus servavit Philo Iudaeus T. I. p. 25. Exstant etiam apud Clementem Alex. p. 814. Brunck. Versus de annorum hebdomadibus Soloni suppositos esse evincit, inter alia, phrasis ἕρκος ὀδόντων de *dentibus* usurpata: quippe quae non *dentes*, sed *labra*, dentes quasi sepientia, significet. R. Porson. *Tracts and Miscellaneous Criticisms* p. 207. Conf. Damm. Lexic. Homer. c. 807. et Heyn. ad Iliad. T. IV. p. 621.

3. τελέσει. Immo τελέσῃ. Sic etiam v. 17.

5. τῇ τριτάτῃ. Subaudi ἑβδομάδι, quod latet in praegresso numerali ἑπτά.

7. ἐν ἑβδομάδ' ἐστὶν ἄριστος. Exemplum elisi ι perquam suspectum: nam ortum est ex emendatione parum probabili scripturae Philonis, ἐνὶ ἑβδομάδεσσιν ἄριστος. Multo praestat scriptura Clementis, ἐν ἑβδομάδι μέγ' ἄριστος.

πέμπτῃ δ' ὥριον ἄνδρα γάμου μεμνημένον εἶναι,
10 καὶ παίδων ζητεῖν εἰσοπίσω γενεήν.
τῇ δ' ἕκτῃ περὶ πάντα καταρτύεται νόος ἀνδρὸς,
οὐδ' ἔρδειν ἐθ' ὁμῶς ἔργ' ἀπάλαμνα θέλει.
ἑπτὰ δὲ νοῦν καὶ γλῶσσαν ἐν ἑβδομάσι μέγ' ἄριστος,
ὀκτὼ τ' ἀμφοτέρων τέσσαρα καὶ δέκ' ἔτη.
15 τῇ δ' ἐνάτῃ δύναται μὲν ἔτι, μαλακώτερα δ' αὐτοῦ,
πρὸς μεγάλην ἀρετὴν σώματι καὶ σοφίῃ.
τῇ δεκάτῃ δ', ὅτε δὴ τελέσει θεὸς ἕπτ' ἐνιαυτοὺς,
οὐκ ἂν ἄωρος ἐὼν μοῖραν ἔχοι θανάτου.

XV.

Ἡμετέρη δὲ πόλις κατὰ μὲν Διὸς οὔ ποτ' ὀλεῖται
αἶσαν, καὶ μακάρων θεῶν φρένας ἀθανάτων.
τοίη γὰρ μεγάθυμος ἐπίσκοπος ὀβριμοπάτρη
Παλλὰς Ἀθηναίη χεῖρας ὕπερθεν ἔχει.
5 αὐτοὶ δὲ φθείρειν μεγάλην πόλιν ἀφραδίῃσιν
ἀστοὶ βούλονται, χρήμασι πειθόμενοι,
δήμου θ' ἡγεμόνων ἄδικος νόος, οἷσιν ἑτοῖμον
ὕβριος ἐκ μεγάλης ἄλγεα πολλὰ παθεῖν.
οὐ γὰρ ἐπίστανται κατέχειν κόρον, οὐδὲ παρούσας
10 εὐφροσύνας κοσμεῖν δαιτὸς ἐν ἡσυχίῃ.
– – – – – – – –
πλουτοῦσιν δ' ἀδίκοις ἔργμασι πειθόμενοι.
– – – – – – – –
οὔθ' ἱερῶν κτεάνων, οὔτε τι δημοσίων
φειδόμενοι, κλέπτουσιν ἐφ' ἁρπαγῇ ἄλλοθεν ἄλλος,
οὐδὲ φυλάσσονται σεμνὰ Δίκης θέμεθλα,
15 ἣ σιγῶσα σύνοιδε τὰ γιγνόμενα, πρό τ' ἐόντα·
τῷ δὲ χρόνῳ πάντως ἦλθ' ἀποτισομένη.

16. Malim σῶμά τε καὶ σοφίῃ.
XV. Citavit hanc Elegiam Demosthenes in oratione de male gesta legatione Edit. Taylori p. 205. Brunck.

ταύτῃ τοι πάσῃ πόλει ἔρχεται ἕλκος ἄφυκτον,
εἰς δὲ κακὴν ταχέως ἤλυθε δουλοσύνην,
ἣ στάσιν ἔμφυλον, πόλεμόν θ' εὕδοντ' ἐπεγείρει,
ὃς πολλῶν ἐρατὴν ὤλεσεν ἡλικίην.
ἐκ γὰρ δυσμενέων ταχέως πολυήρατον ἄστυ
τρύχεται ἐν συνόδοις τοῖς ἀδικοῦσι φίλους.
ταῦτα μὲν ἐν δήμῳ στρέφεται κακά· τῶν δὲ πενιχρῶν
ἱκνοῦνται πολλοὶ γαῖαν ἐς ἀλλοδαπήν,
πραθέντες, δεσμοῖσί τ' ἀεικελίοισι δεθέντες.

– – – – – – –

οὕτω δημόσιον κακὸν ἔρχεται οἴκαδ' ἑκάστῳ·
αὐλειοὶ δ' ἔτ' ἔχειν οὐκ ἐθέλουσι θύραι·
ὑψηλὸν δ' ὕπερ ἕρκος ὑπέρθορεν, εὗρε δὲ πάντας,
εἴ κέ τις ᾖ φεύγων ἐν μυχῷ ἢ θαλάμῳ.
ταῦτα διδάξαι θυμὸς Ἀθηναίους με κελεύει,
ὡς κακὰ πολλὰ πόλει δυσνομία παρέχει·
εὐνομία δ' εὔκοσμα καὶ ἄρτια πάντ' ἀποφαίνει,
καὶ θαμὰ τοῖς ἀδίκοις ἀμφιτίθησι πέδας,
τραχέα λειαίνει, παύει κόρον, ὕβριν ἀμαυροῖ,
αὐαίνει δ' ἄτης ἄνθεα φυόμενα,
εὐθύνει δὲ δίκας σκολιάς, ὑπερήφανά τ' ἔργα
πραΰνει, παύει δ' ἔργα διχοστασίης,
παύει δ' ἀργαλέης ἔριδος χόλον· ἔστι δ' ὑπ' αὐτῆς
πάντα κατ' ἀνθρώπους ἄρτια καὶ πινυτά.

XVI.

Αὐτὸς κήρυξ ἦλθον ἀφ' ἱμερτῆς Σαλαμῖνος
κόσμον ἐπέων ᾠδὴν ἀντ' ἀγορῆς θέμενος.

* * * * *

XVI. Hi versus excerpti sunt ex Elegia cuius inscriptio erat Salamis, de cuius argumento vide Plu-

εἴην δὴ τότ' ἐγὼ Φολεγάνδριος, ἢ Σικινίτης
ἀντί γ' Ἀθηναίου, πατρίδ' ἀμειψάμενος.
5 αἶψα γὰρ ἂν φάτις ἥδε μετ' ἀνθρώποισι γένοιτο·
Ἀττικὸς οὗτος ἀνὴρ τῶν Σαλαμῖν' ἀφέντων.

* * * * *

ἴομεν εἰς Σαλαμῖνα, μαχησόμενοι περὶ νήσου
ἱμερτῆς, χαλεπόν τ' αἶσχος ἀπωσόμενοι.

XVII.

Δείξει δὴ μανίην μὲν ἐμὴν βαιὸς χρόνος ἀστοῖς,
δείξει, ἀληθείης ἐς μέσον ἐρχομένης.

XVIII.

Ἐκ νεφέλης φέρεται χιόνος μένος ἠδὲ χαλάζης·
βροντὴ δ' ἐκ λαμπρᾶς γίγνεται ἀστεροπῆς·
ἐξ ἀνέμων δὲ θάλασσα ταράσσεται· ἣν δέ τις αὐτὴν
μὴ κινῇ, πάντων ἐστὶ δικαιοτάτη.
5 ἀνδρῶν δ' ἐκ μεγάλων πόλις ὄλλυται· εἰς δὲ μονάρχου
δῆμος ἄϊδρις ἐὼν δουλοσύνην ἔπεσε.

tarchum in Solonis vita p. 180. ubi primum exstat distichon. Cetera servavit Diogenes Laertius p. 28. qui sequens etiam laudat distichon. Brunck.

6. τῶν Σαλαμῖν' ἀφέντων. Gaisfordus dedit Is. Vossii coniecturam, τῶν Σαλαμιναφετῶν. Menagius ad Diogen. Laërt. p. 26. b. Amstel.: „Vossii sententiae favet lectio Aldobrandiniana, τῶν Σαλαμῖν' ἀφέτων: et sic quoque MSS. teste H. Stephano. Male Sambucus τὴν Σαλαμῖνα φυγών." Sambuci scriptura si libri auctoritate nititur, ex ea facile elicias τῶν Σαλαμινοφύγων, παρὰ τὸ Σαλαμινόφυξ. ἀφέτης, tenuis vox et ieiuna, poëtae stomacho et iracundiae videtur parum convenire.

XVIII. Hoc fragmentum apud Diogenem Laertium p. 30. et in Plutarchi Solone exstat: sed apud neutrum integrum. Brunck.

XIX.

Εἰ δὲ πεπόνθατε δεινὰ δι' ὑμετέρην κακότητα,
μή τι θεοῖς τούτων μοῖραν ἐπαμφέρετε.
αὐτοὶ γὰρ τούτους ηὐξήσατε, ῥύσια δόντες,
καὶ διὰ ταῦτα κακὴν ἴσχετε δουλοσύνην·
5 ὑμέων δ' εἷς μὲν ἕκαστος ἀλώπεκος ἴχνεσι βαίνει,
ὔμμι δὲ σύμπασι χαῦνος ἔνεστι νόος.
εἰς γὰρ γλῶσσαν ὁρᾶτε, καὶ εἰς ἔπη αἰμύλου ἀνδρός·
εἰς ἔργον δ' οὐδὲν γιγνόμενον βλέπετε.

XX.

Δήμῳ μὲν γὰρ ἔδωκα τόσον κράτος, ὅσσον ἐπαρκεῖν,
τιμῆς οὔτ' ἀφελών, οὔτ' ἐπορεξάμενος·
οἳ δ' εἶχον δύναμιν, καὶ χρήμαοιν ἦσαν ἀγητοί,
καὶ τοῖς ἐφρασάμην μηδὲν ἀεικὲς ἔχειν.
5 ἔστην δ' ἀμφιβαλὼν κρατερὸν σάκος ἀμφοτέροισι·
νικᾶν δ' οὐκ εἴασ' οὐδετέρους ἀδίκως.

XXI.

Ὧδ' ἂν δῆμος ἄριστα σὺν ἡγεμόνεσσιν ἕποιτο,
μήτε λίην ἀνεθεὶς, μήτε πιεζόμενος.

XXII.

Νείλου ἐπὶ προχοῇσι, Κανωβίδος ἐγγύθεν ἀκτῆς.

XIX. Laudant hos versus Diogenes Laertius, Plutarchus in Solone, et Clemens Alex. p. 328. Brunck.

XX. Laudat hos versus Plutarchus in Solonis vita. Brunck.

XXI. Distichon hoc profert Plutarchus in comparatione Solonis et Publicolae p. 243. Reposita in sedem suam voce δῆμος, hexametro numeros suos reddidimus. Brunck.

XXII. Versum hunc, ut et sequens fragmentum, laudat Plutarchus in Solone p. 203. Brunck.

XXIII.

Πρὸς Φιλόκυπρον, ἕνα τῶν ἐν Κύπρῳ βασιλέων.

Νῦν δὲ σὺ μὲν Σολίοισι πολὺν χρόνον ἐνθάδ' ἀνάσσων
τὴν πόλιν εὖ ναίοις, καὶ γένος ὑμέτερον.
αὐτὰρ ἐμὲ ξὺν νηῒ θοῇ κλεινῆς ἀπὸ νήσου
ἀσκηθῆ πέμποι Κύπρις ἰοστέφανος·
5 οἰκισμῷ δ' ἐπὶ τῷδε χάριν καὶ κῦδος ὀπάζοι
ἐσθλὸν, καὶ νόστον πατρίδ' ἐς ἡμετέρην.

XXIV.

Πρῶτά μὲν εὐχώμεσθα Διῒ Κρονίδῃ βασιλῆϊ,
θεσμοῖς τοῖσδε τύχην ἀγαθὴν καὶ κῦδος ὀπάσσαι.

XXV.

Οὐκ ἔφυ Σόλων βαθύφρων, οὐδὲ βουλήεις ἀνήρ.
ἐσθλὰ γὰρ θεοῦ διδόντος, αὐτὸς οὐκ ἐδέξατο·
περιβαλὼν δ' ἄγραν, ἀγασθεὶς οὐκ ἀνέσπασεν μέγα
δίκτυον, θυμοῦ θ' ἁμαρτῇ καὶ φρενῶν ἀποσφαλείς.
5 ἤθελον γάρ κεν κρατήσας, πλοῦτον ἄφθονον λαβὼν,
καὶ τυραννήσας Ἀθηνῶν μοῦνον ἡμέραν μίαν,
ἀσκὸς ὕστερον δεδάρθαι, κἀπιτετρίφθαι γένος.

XXVI.

Χαῦνα μὲν τότ' ἐφράσαντο, νῦν δ' ἐμοὶ χολούμενοι
λοξὸν ὀφθαλμοῖς ὁρῶσι πάντες ὥστε δῆϊον.

XXVII.

Εἰ δὲ γῆς ἐφεισάμην
πατρίδος, τυραννίδος δὲ καὶ βίης ἀμειλίχου

XXIV. Solonis Poëma quo leges suas descripserat, cuiusque initium hoc refert Plutarchus, inter illa antiquitatis monumenta censeri debet, quae ad aetatem nostram permansisse maxime optandum esset. Brunck.

XXV. Trochaicos hos tetrametros, et qui sequuntur, servavit Plutarchus in Solonis vita. Brunck.

οὐ καθηψάμην, μιάνας καὶ καταισχύνας κλέος,
οὐδὲν αἰδοῦμαι. πλέον γὰρ ὧδε νικήσειν δοκῶ
5 πάντας ἀνθρώπους.

XXVIII.

Συμμαρτυροίη ταῦτ' ἂν ἐν δίκῃ χρόνου
μήτηρ μεγίστη δαιμόνων Ολυμπίων
ἄριστα, Γῆ μέλαινα, τῆς ἐγὼ ποτὲ
ὅρους ἀνεῖλον πολλαχῇ πεπηγότας,
5 πρόσθεν δὲ δουλεύσασα, νῦν ἐλευθέρα.
πολλοὺς δ' Αθήνας, πατρίδ' εἰς θεόκτιτον,
ἀνῆγαγον πραθέντας, ἄλλον ἐκδίκως,
ἄλλον δικαίως, τοὺς δ' ἀναγκαίης ὕπο
χρησμὸν λέγοντας, γλῶσσαν οὐκ ἔτ' Αττικὴν
10 ἱέντας, ὡς ἂν πολλαχῇ πλανωμένους·
τοὺς δ' ἐνθάδ' αὐτοῦ δουλοσύνην ἀεικέα
ἔχοντας, ἤδη δεσπότας τρομευμένους,
ἐλευθέρους ἔθηκα. ταῦτα μὲν κράτει,
ὁμοῦ βίαν τε καὶ δίκην συναρμόσας,
15 ἔρεξα, καὶ διῆλθον ὡς ὑπεσχόμην.
θεσμοὺς δ' ὁμοίως τῷ κακῷ τε κἀγαθῷ,
εὐθεῖαν εἰς ἕκαστον ἁρμόσας δίκην,
ἔγραψα. κέντρον δ' ἄλλος, ὡς ἐγώ, λαβὼν,
κακοφραδής τε καὶ φιλοκτήμων ἀνὴρ,

XXVIII. Hos versus citat Aristides T. II. p. 397. quorum ad nonnullos adludit Plutarchus in Solone, eos pro arbitrio suo mutans et mutilans, ut Gul. Canteri verbis utar, Nov. Lect. V. 9. Brunck.

1. χρόνου. Κρόνου scribendum videtur Clavierio ad Plutarchum Amyoti T. I. p. 416.

11. δουλοσύνην ἀεικέα. Sic quidem est apud Plutarchum p. 190. Sed aliter scripserat Solon. Ex Aristide legendum:

τοὺς δ' ἐνθάδ' αὐτοῦ δουλίην ἀεικέα.

Brunck.

20 οὐκ ἂν κατέσχε θυμὸν, οὔτ' ἐπαύσατο,
πρὶν ἂν ταράξας, πῖαρ ἐξέλῃ, γάλα.
– – – – – – –
εἰ γὰρ ἤθελον
ἃ τοῖς ἐναντίοισιν ἤνδανεν τότε,
αὖθις δ' ἃ τοῖσιν ἀτέροις, δρᾶσαι κακά,
25 πολλῶν ἂν ἀνδρῶν ἥδ' ἐχηρώθη πόλις.
τῶν οὕνεκ' ἀρχὴν πάντοθεν κυκεύμενος,
ὡς ἐν κυσὶν πολλαῖσιν ἐστράφην λύκος.

XXIX.

Ἅμα γὰρ ἄελπτα σὺν θεοῖσιν ἤνυσα,
ἅμα δ' οὐ μάτην ἔρδον.

XXX.

Πίνουσι, καὶ τρώγουσιν, οἱ μὲν ἴτρια,
οἱ δ' ἄρτον αὐτῶν, οἱ δὲ συμμεμιγμένους
γούρους φακοῖσι· κεῖθι δ' οὔτε πεμμάτων
ἄπεστιν οὐδὲν, ἅσσ' ἂν ἀνθρώποισι γῆ
5 φέρει μέλαινα· πάντα δ' ἀφθόνως πάρα.

20. οὐκ ἂν κατέσχε θυμόν. Reiskii correctio est. Vulgo legitur δῆμον. Brunck. Non Reiskii est correctio, sed Gul. Canteri; probata etiam Clavierio l. c.

24. De hoc loco videndus Valckenarius ad Herodotum p. 475. 61. Mendose apud Aristidem legitur δρᾶσαι, διὰ πολλῶν ἂν ἀνδρῶν ἥδ' ἐχειρώθη πόλις. Brunck. Fort. δρᾶσαι βίᾳ.

XXIX. Servavit hoc quoque fragmentum Aristides loco citato. Brunck.

XXX. Sunt hi versus apud Athenaeum pag. 645. Brunck.

5. φέρει. Coniunctivum poscit syntaxis.

XXXI.

Πεφυλαγμένος ἄνδρα ἕκαστον,
ὅρα μὴ κρυπτὸν ἔγχος ἔχων
κραδίῃ, φαιδρῷ
προσεννέπῃ προσώπῳ,
5 *γλῶσσα δέ οἱ διχόμυθος*
ἐκ μελαίνης φρενὸς γεγωνῇ.

XXXI. Hoc Scolion servavit Diogenes Laertius in Solonis vita. Brunck.

SOLONIS

QUAE SUNT APUD STOBAEUM

INTERPRETE H. GROTIO.

I. Tit. CXXIII.

Ne mihi sit lethum planctu sine: sed mea tristes
funera amicorum condecorent lachrymae.

V. Tit. IX.

Mnemosynae magnique Iovis sanctissima proles,
exaudite preces, quas fero, Pierides:
ut florens homines inter rumore secundo
a Diis concessa prosperitate fruar:
quem metuant hostes, et quem vereantur amici,
his placidum, ast illis fortiter horribilem.
Divitias habuisse velim: sed non bene partas
non cupiam: seris Poena venit pedibus.
Stant veluti solido fultis adamante columnis
hae, quas alma Deûm gratia mittit, opes.
Non intrat male parta domum fortuna benigno
numine, sed vetitis artibus implicita
obluctans sequitur: mox sese in damna resolvit:
et, velut ex parvo nascitur igne rogus,
principio tenui sic finit maxima clades:
nam male quaesitis non datur esse diu:

XII. Tit. XCVII.

Non est ille magis dives, cui copia multa
argenti atque auri est, plenaque farre seges,
muli et cornipedes; quam si quis nil habet, extra
quod ventri satis est et lateri et pedibus,
deliciasque tori. Nam quum maturuit aetas,
et vita in medio florida curriculo est,
has solas homo sentit opes. Quaccunque supersunt,
nil horum ad Stygias nos comitatur aquas.
Nec mors muneribus, nec morbi cedere norunt,
nec serpens tremulo curva senecta pede.

XIII. Tit. I.

Saepe mali dites, et fortibus instat egestas:
at inibi virtutis munera divitiis
permutare nefas. Manet usque immobilis illa:
at fluxas nunc hic, nunc habet alter opes.

XV.

SOLONIS ELEGIA

CITATA A DEMOSTHENE, CONVERSA A PHILIPPO MELANCHTHONE.

Non urbem superi cupiunt evertere nostram:
et nobis, nisi sint numina laesa, favent:
ac nostrae custos arcis Tritonia Pallas
perpetua cura moenia nostra tegit.
Ipsi sed patriam scelerati mentibus ultro
conantur cives dilacerare suam.

Nam pretio quidam vendunt legesque fidemque,
aurum qui nullo iure modoque petunt.
Saevitiam exercent, rapiuntque tyrannida quidam,
induat ut iustus civibus arma dolor.
Pars studet et sarcire domestica damna rapinis,
exhausit patrias quum male luxus opes:
diripiuntque urbis patrimonia publica nostrae,
et sibi divitias vique doloque parant:
et non Iustitiae formidant numen et iram,
consiliis Superûm quae Dea semper adest.
Haec oculis cernit vigilantibus omnia facta:
nemo putet, falli numina posse Deûm.
Et quamvis poenas differt aliquando, tacetque,
mente tamen memori facta nefanda notat.
Exigit et tandem poenas. Non regna, nec urbes
effugiunt clades, quas meruere, graves.
Hinc urbs divitiis quondam imperioque superba
servitii patitur tristia iura modo:
aut rabidi cives in mutua vulnera stringunt
exorta gladios seditione suos:
aut validos hostes sine causa forte lacessunt,
sopitumque movent quod fuit ante malum.
Namque urbs, quae socios iniustis provocat armis,
mox ruet, et subitis est peritura modis.
Casibus his validae gentes delentur, et urbes,
pro spreta poenas quae pietate luunt.
Et si qui excidio patriae fortasse supersunt,
posthac fata illos non leviora manent.
Extorres, sine spe, sine sede, inopesque vagantur,
aut emti pretio vincula dura gerunt.
Sic partem fert quisque suam, quum publica clades
incidit, et prohibet ianua nulla malum.

Non latebrae quemquam fugientem abscondere possunt:
in thalamos penetrant publica damna tuos.
Haec moneo cives, nec fabula ficta putanda est:
leges atque Deum spernere, crede, nocet.
Sed placidam retinet pacem reverentia iuris,
peccanti quae non parcere lenta solet.
Haec prohibet turpem luxum, fraenatque rebelles,
crescere nec patitur semina sparsa mali:
iudicis emendat fraudes, violentaque facta
nasci inter cives dissidiumque vetat.
Denique vita hominum tranquilla et honesta manebit,
servandi leges dum pia cura manet.

ΦΩΚΥΛΙΔΟΥ ΜΙΛΗΣΙΟΥ.

I.

Χρηΐζων πλούτου, μελέτην ἔχε πίονος ἀγροῦ.
ἀγρὸν γάρ τε λέγουσιν Ἀμαλθείης κέρας εἶναι.

II.

Καὶ τόδε Φωκυλίδεω· Τετόρων ἀπὸ τῶνδ' ἐγένοντο
φῦλα γυναικείων. ἡ μὲν κυνὸς, ἡ δὲ μελίσσης,
ἡ δὲ συὸς βλοσυρῆς, ἡ δ' ἵππου χαιτηέσσης.
εὔφορος ἥδε, ταχεῖα, περίδρομος, εἶδος ἀρίστη.
ἡ δὲ συὸς βλοσυρῆς, οὔτ' ἄρ κακή, οὐδὲ μὲν ἐσθλή.
ἡ δὲ κυνὸς, χαλεπή τε καὶ ἄγριος. ἡ δὲ μελίσσης,
οἰκονόμος τ' ἀγαθὴ, καὶ ἐπίσταται ἐργάζεσθαι·
ἧς εὔχου, φίλ' ἑταῖρε, λαχεῖν γάμον ἱμερόεντα.

III.

Καὶ τόδε Φωκυλίδεω· Τί πλέον γένος εὐγενὲς εἶναι,
οἷς οὔτ' ἐν μύθοις ἕπεται χάρις, οὔτ' ἐνὶ βουλῇ;

PHOCYLIDIS II. 1. ἀπὸ τῶνδ' ἐγένοντο. Sic in cod. scriptum: in impressis mendose ἀπὸ τῶνδε γίνονται. Brunck. τετόρων ἄπο τῶνδε γένοντο citavit P. Manutius ad Ciceron. Epist. ad Att. IV. 9. p. 124. b. Graev.

III. 1. τί πλέον. Sic cod. cum interrogatione, optime. In impressis τὸ πλέον. Brunck. Correxit etiam Wakefield. Silv. Crit. III. p. 92. solis utens Brunckii Analectis ignarusque sic editum esse in Gnomicis Poëtis.

IV.

Καὶ τόδε Φωκυλίδεω· Πόλις ἐν σκοπέλῳ κατὰ κόσμον
οἰκεῦσα σμικρὴ, κρείσσων Νίνου ἀφραινούσης.

V.

Καὶ τόδε Φωκυλίδεω· Λέριοι κακοί· οὐχ ὁ μὲν, ὃς δ' οὔ·
πάντες, πλὴν Προκλέους· καὶ Προκλέης Λέριος.

VI.

Καὶ τόδε Φωκυλίδεω· Χρή τοι τὸν ἑταῖρον ἑταίρῳ φροντίζειν ἅσσ' ἂν περιγογγύζωσι πολῖται.

VII.

Χρὴ δ' ἐν συμποσίῳ, κυλίκων περινισσομενάων, ἡδέα κωτίλλοντα καθήμενον οἰνοποτάζειν.

IV. Servavit hos versus Dio Chrysostomus p. 450. ubi quae de Phocylide habet, quia genus et figuram quasi describunt illius poëseos, gratum lectoribus erit hîc reperire: *Οὕτως καὶ τῆς τοῦ Φωκυλίδου ποιήσεως ἔξεστί τοι λαβεῖν δεῖγμα ἐν βραχεῖ. καὶ γάρ ἐστιν οὐ τῶν μακράν τινα καὶ συνεχῆ ποίησιν εἰρόντων· ὥσπερ ὁ ὑμέτερος μίαν ἑξῆς διέξεισι μάχην ἐν πλείοσιν ἢ πεντακισχιλίοις ἔπεσιν. ἀλλὰ κατὰ δύο καὶ τρία ἔπη αὐτῷ καὶ ἀρχὴν ἡ ποίησις καὶ πέρας λαμβάνει, ὥστε καὶ προστίθησι τὸ ὄνομα αὐτοῦ καθ' ἕκαστον διανόημα, ἅτε σπουδαῖον καὶ πολλοῦ ἄξιον ἡγούμενος· οὐχ ὥσπερ Ὅμηρος οὐδαμοῦ τῆς ποιήσεως ὠνόμασεν αὐτόν. ἢ οὐ δοκεῖ σοι εἰκότως προσθεῖναι Φωκυλίδης τῇ τοιαύτῃ γνώμῃ καὶ ἀποφάσει· Καὶ τόδε κ. τ. λ.* Brunck.

V. Profert hoc distichon Strabo L. XI. p. 747. Sequens servavit Phrynichus in Eclogis nominum Atticorum p. 158. Postremum fragmentum exstat apud Athenaeum p. 428. Brunck.

PHOCYLIDIS MILESII

QUAE APUD STOBAEUM SUNT

HUGONE GROTIO INTERPRETE.

I. Tit. LVI.

Quisquis opes quaerit, glebae sibi comparet uber:
nam rus est vere illud, habet quod Copia, cornu.

II. Tit. LXXIII.

Haec quoque Phocylidae: Rebus de quatuor ortum
gens muliebris habet. Nam pars cane, pars ape nata est,
pars sue, pars et equa. Sed quam generavit equae vis,
foecunda est, agilis, vaga, formosissima vultu.
De sue quae genita est, inter pravamque bonamque,
trux et difficilis. Quae de cane, gnara laborum,
fida domus custos. Ape quae solerte creata est,
hanc thalami sociam votis ardentibus opta.

III. Tit. LXXXVII.

Haec quoque Phocylidae: Pars maxima nobilitatis
nil aut consilio pollent, aut voce diserta.

ΣΙΜΩΝΙΔΟΥ.

Οὐδὲν ἐν ἀνθρώποισι μένει χρῆμ' ἔμπεδον αἰεί.
ἓν δὲ τὸ κάλλιστον Χῖος ἔειπεν ἀνήρ·
ΟΠΠΙΕΡ ΦΥΛΛΩΝ ΓΕΝΕΗ, ΤΟΙΗΔΕ ΚΑΙ ΑΝΔΡΩΝ.
παῦροί μιν θνητῶν οὔασι δεξάμενοι
5 στέρνοις ἐγκατέθεντο. πάρεστι γὰρ ἐλπὶς ἑκάστῳ,
ἀνδρῶν ἥ τε νέων στήθεσιν ἐμφύεται.
θνητῶν δ' ὅφρα τις ἄνθος ἔχῃ πολυήρατον ἥβης,
κοῦφον ἔχων θυμὸν, πόλλ' ἀτέλεστα νοεῖ.
οὔτε γὰρ ἐλπίδ' ἔχει γηρασσέμεν, οὔτε θανεῖσθαι,
10 οὐδ', ὑγιὴς ὅταν ᾖ, φροντίδ' ἔχει καμάτου.
νήπιοι, οἷς ταύτῃ κεῖται νόος, οὐδέ τ' ἴσασιν,
ὡς χρόνος ἔσθ' ἥβης καὶ βιότου ὀλίγος
θνητοῖς. ἀλλὰ σὺ ταῦτα μαθὼν βιότου ποτὶ τέρμα
ψυχῇ τῶν ἀγαθῶν τλῆθι χαριζόμενος.

II.

ΠΕΡΙ ΓΥΝΑΙΚΩΝ.

Χωρὶς γυναικὸς θεὸς ἐποίησεν νόον
τὰ πρῶτα. τὴν μὲν ἐξ ὑὸς τανύτριχος,
τῇ πάντ' ἀν' οἶκον βορβόρῳ πεφυρμένα
ἄκοσμα κεῖται, καὶ κυλινδεῖται χαμαί·

SIMONIDIS I. Primus huius carminis versus omissus in Stobaeo. Integrum carmen legitur in appendice Anthologiae. BRUNCK.

5 αὐτὴ δ' ἄλουτος, ἄπλυτός τ' ἐν εἵμασιν,
ἐν κοπρίῃσιν ἡμένη πιαίνεται.
Τὴν δ' ἐξ ἀλιτρῆς θεὸς ἔθηκ' ἀλώπεκος
γυναῖκα, πάντων ἴδριν· οὐδέ μιν κακῶν
λέληθεν οὐδὲν, οὐδὲ τῶν ἀμεινόνων.
10 τὸ μὲν γὰρ αὐτῆς ἐστὶ πολλάκις κακὸν,
τὸ δ' ἐσθλόν· ὀργὴν δ' ἄλλοτ' ἀλλοίην ἔχει.
Τὴν δ' ἐκ κυνὸς λιτουργὸν, αὐτομήτορα,
ἣ πάντ' ἀκοῦσαι, πάντα δ' εἰδέναι θέλει,
πάντη δὲ παπταίνουσα καὶ πλανωμένη,
15 λέληκεν, ἢν καὶ μηδέν' ἀνθρώπων ὁρᾷ.
παύσειε δ' ἄν μιν οὔτ' ἀπειλήσας ἀνὴρ,
οὐδ' εἰ χολωθεὶς ἐξαράξειεν λίθῳ
ὀδόντας, οὐδ' ἂν μειλίχως μυθεύμενος,
οὐδ' εἰ παρὰ ξείνοισιν ἡμένη τύχοι·
20 ἀλλ' ἐμπέδως ἄπρηκτον αὐόνην ἔχει.

II. 5. ἐν εἵμασιν. Sic bene cod. In impresso Stobaeo ἐν ἱμάσιν. Brunck. Pro ἄπλυτος dudum malui ἀπλύτοις. Nunc video idem Gaisfordum dedisse.

10. τὸ μὲν γὰρ αὐτῆς ἐστὶ πολλάκις κακόν. In impresso Stobaeo pro αὐτῆς est αὐτῶν. At in scripto longe diversa lectio: τὸ μὲν γὰρ αὐτό γ' εἶπε πολλάκις κακόν. cum nota in margine ad vocem αὐτὸ pertinente: γρ. αὐτῶν. Brunck.

12. λιτουργὸν, id est, Hesychio interprete, κακοῦργον. Vide Valckenarium ad Hesychii glossam laudatum. Brunck. Conf. Toup. Emendat. in Hesych. p. 313. — αὐτομήτορα. Frid. Gul. Riemero placet αὐτομήτερα. Non assentior: nam vulgata scriptura idem significat. Theologum. Arithmet. p. 14. Wechel. ὅτι καὶ διομήτορα ταύτην ὠνόμαζον ὡς Διὸς μητέρα. Eademque ratio vulgarium illorum, μητρομήτωρ, πατρομήτωρ, προμήτωρ, μητροπάτωρ, πατροπάτωρ, προπάτωρ, etc. Diversa est ratio adiectivorum ἀμήτωρ, ἀπάτωρ, quae cave confundas cum illis substantivis: id quod Riemero videtur accidisse sine idonea causa distinguenti αὐτομήτηρ et αὐτομήτωρ, quarum formarum prior, etsi analogiae congruens, vereor ut usquam reperiatur.

20. αὐόνη, κραυγή. Sic lexica sine auctoritate, qua angeri possunt. Brunck.

XXXI.

Πεφυλαγμένος ἄνδρα ἕκαστον,
ὅρα μὴ κρυπτὸν ἔγχος ἔχων
κραδίῃ, φαιδρῷ
προσεννέπῃ πρόσωπῳ,
5 *γλῶσσα δέ οἱ διχόμυθος*
ἐκ μελαίνης φρενὸς γεγωνῇ.

XXXI. Hoc Scolion servavit Diogenes Laertius in Solonis vita. Brunck.

SOLONIS

QUAE SUNT APUD STOBAEUM

INTERPRETE H. GROTIO.

I. Tit. CXXIII.

Ne mihi sit lethum planctu sine: sed mea tristes
funera amicorum condecorent lachrymae.

V. Tit. IX.

Mnemosynae magnique Iovis sanctissima proles,
exaudite preces, quas fero, Pierides:
ut florens homines inter rumore secundo
a Diis concessa prosperitate fruar:
quem metuant hostes, et quem vereantur amici,
his placidum, ast illis fortiter horribilem.
Divitias habuisse velim: sed non bene partas
non cupiam: seris Poena venit pedibus.
Stant veluti solido fultis adamante columnis
hae, quas alma Deûm gratia mittit, opes.
Non intrat male parta domum fortuna benigno
numine, sed vetitis artibus implicita
obluctans sequitur: mox sese in damna resolvit:
et, velut ex parvo nascitur igne rogus,
principio tenui sic finit maxima clades:
nam male quaesitis non datur esse diu:

prospicit in finem longe Deus: ac velut olim
vere novo nebulas discutiunt animae,
quae postquam ex imo fluctus civere profundo,
telluris volitant per sola frugiferae,
vastantes sata laeta: dein se in sidera tollunt:
tollunt, et subito blanda serena micant:
ipse comas puro diffundit lumine Titan:
aspicere est toto nubila nulla polo:
sic se habet ira Iovis: non, qui mortalibus est mos,
mens illi quovis crimine laesa tumet:
nec latet aeternum sceleris sibi conscius auctor:
arcanum facinus scit reserare dies.
Serius aut citius poenae delicta sequuntur:
nec si quis visus fata Deûm effugere,
nulla manet merces. Aliena piacula pendent,
aut nati, aut natis prosata posteritas.
At nos tantumdem iustosque malosque valere
credimus, atque intus sat sibi quisque placet,
donec supplicio tactus dolet: ante petacem
spes animum vanis lactat imaginibus,
nec sibi desistit placidam spondere salutem,
aspera quem vastat nec medicanda lues.
Saepe etiam pavidus fortis sibi nomina ponit,
et turpis facie se putat esse bona.
Est qui pauperie pressus iacet, et tamen audet
ingentes animo fingere divitias.
Nil intentatum. Secat ille cupidine lucri
coerula monstriferos quos agit unda sinus:
nec metuit nimbos iterumque iterumque furentes
exspectare, animae prodigus ipse suae.
Alter humum curvo Cerealem versat aratro,
autumnumve satis provocat arboribus.

Pars manibus victum quaerunt, artesque fatigant
Palladis ingenio Mulciberique datas.
Ast aliis Musae, dulces ante omnia Musae,
doctrinae multo nectare corda rigant.
Alter Apollineo donatus munere vates,
omne malum, multo quam venit ante, docet:
verba Dei praestant. Fato quaecunque manet sors,
non hanc avertet victima, sed nec aves,
nec qui paeonias aegris mortalibus herbas
saepe erraturam ferre laborat opem.
Saepe dolor tenuis morbos produxit acerbos,
tollere quos nullis sit medicaminibus:
saepe diu saevo iactatum corporis aestu
contactu sanum reddidit una manus.
Sic fato sors laeta venit; contraria fato:
nec vitare datur quae placuere Deis.
Omnia confusis sunt plena tumultibus, et quo
exeat inceptum non videt auctor opus.
Hinc qui sollicite momenta expendit agendi,
imprudens magnis luctibus obruitur:
et temere aggressis divino munere felix
exitus absolvit non bona consilia.
Divitiis nullus modus est, nec finis habendi:
nam quibus inprimis res nitet ampla domi,
bis tantum cupiunt. Et quis satiaverit omnes?
Humano generi commoda dant Superi:
commoda sed Noxam pariunt: qua Iuppiter usus
vindice, nunc illum, mox alium feriet.

VI. Tit. XCVIII.

Nemo beatus homo est: sed pars adscripta dolorum
omnibus aetherium quos iubar irradiat.

XII. Tit. XCVII.

Non est ille magis dives, cui copia multa
argenti atque auri est, plenaque farre seges,
muli et cornipedes; quam si quis nil habet, extra
quod ventri satis est et lateri et pedibus,
deliciasque tori. Nam quum maturuit aetas,
et vita in medio florida curriculo est,
has solas homo sentit opes. Quaecunque supersunt,
nil horum ad Stygias nos comitatur aquas.
Nec mors muneribus, nec morbi cedere norunt,
nec serpens tremulo curva senecta pede.

XIII. Tit. I.

Saepe mali dites, et fortibus instat egestas:
at inihi virtutis munera divitiis
permutare nefas. Manet usque immobilis illa:
at fluxas nunc hic, nunc habet alter opes.

XV.

SOLONIS ELEGIA

CITATA A DEMOSTHENE, CONVERSA A PHILIPPO MELANCHTHONE.

Non urbem superi cupiunt evertere nostram:
et nobis, nisi sint numina laesa, favent:
ac nostrae custos arcis Tritonia Pallas
perpetua cura moenia nostra tegit.
Ipsi sed patriam sceleratis mentibus ultro
conantur cives dilacerare suam.

Nam pretio quidam vendunt legesque fidemque,
aurum qui nullo iure modoque petunt.
Saevitiam exercent, rapiuntque tyrannida quidam,
induat ut iustus civibus arma dolor.
Pars studet et sarcire domestica damna rapinis,
exhausit patrias quum male luxus opes:
diripiuntque urbis patrimonia publica nostrae,
et sibi divitias vique doloque parant:
et non Iustitiae formidant numen et iram,
consiliis Superûm quae Dea semper adest.
Haec oculis cernit vigilantibus omnia facta:
nemo putet, falli numina posse Deûm.
Et quamvis poenas differt aliquando, tacetque,
mente tamen memori facta nefanda notat.
Exigit et tandem poenas. Non regna, nec urbes
effugiunt clades, quas meruere, graves.
Hinc urbs divitiis quondam imperioque superba,
servitii patitur tristia iura modo:
aut rabidi cives in mutua vulnera stringunt
exorta gladios seditione suos:
aut validos hostes sine causa forte lacessunt,
sopitumque movent quod fuit ante malum.
Namque urbs, quae socios iniustis provocat armis,
mox ruet, et subitis est peritura modis.
Casibus his validae gentes delentur, et urbes,
pro spreta poenas quae pietate luunt.
Et si qui excidio patriae fortasse supersunt,
posthac fata illos non leviora manent.
Extorres, sine spe, sine sede, inopesque vagantur,
aut emti pretio vincula dura gerunt.
Sic partem fert quisque suam, quum publica clades
incidit, et prohibet ianua nulla malum.

Non latebrae quemquam fugientem abscondere possunt:
in thalamos penetrant publica damna tuos.
Haec moneo cives, nec fabula ficta putanda est:
leges atque Deum spernere, crede, nocet.
Sed placidam retinet pacem reverentia iuris,
peccanti quae non parcere lenta solet.
Haec prohibet turpem luxum, fraenatque rebelles,
crescere nec patitur semina sparsa mali:
iudicis emendat fraudes, violentaque facta
nasci inter cives dissidiumque vetat.
Denique vita hominum tranquilla et honesta manebit,
servandi leges dum pia cura manet.

ΦΩΚΥΛΙΔΟΥ ΜΙΛΗΣΙΟΥ.

I.

Χρηΐζων πλούτου, μελέτην ἔχε πίονος ἀγροῦ.
ἀγρὸν γάρ τε λέγουσιν Ἀμαλθείης κέρας εἶναι.

II.

Καὶ τόδε Φωκυλίδεω· Τετόρων ἀπὸ τῶνδ' ἐγένοντο
φῦλα γυναικείων. ἡ μὲν κυνὸς, ἡ δὲ μελίσσης,
ἡ δὲ συὸς βλοσυρῆς, ἡ δ' ἵππου χαιτηέσσης.
εὔφορος ἥδε, ταχεῖα, περίδρομος, εἶδος ἀρίστη.
ἡ δὲ συὸς βλοσυρῆς, οὔτ' ἄρ κακή, οὐδὲ μὲν ἐσθλή.
ἡ δὲ κυνὸς, χαλεπή τε καὶ ἄγριος. ἡ δὲ μελίσσης,
οἰκονόμος τ' ἀγαθὴ, καὶ ἐπίσταται ἐργάζεσθαι·
ἧς εὔχου, φίλ' ἑταῖρε, λαχεῖν γάμον ἱμερόεντα.

III.

Καὶ τόδε Φωκυλίδεω· Τί πλέον γένος εὐγενὲς εἶναι,
οἷς οὔτ' ἐν μύθοις ἕπεται χάρις, οὔτ' ἐνὶ βουλῇ;

PHOCYLIDIS II. 1. ἀπὸ τῶνδ' ἐγένοντο. Sic in cod. scriptum: in impressis mendose ἀπὸ τῶνδε γίνονται. Brunck. τετόρων ἄπο τῶνδε γένοντο citavit P. Manutius ad Ciceron. Epist. ad Att. IV. 9. p. 124. b. Graev.

III. 1. τί πλέον. Sic cod. cum interrogatione, optime. In impressis τὸ πλέον. Brunck. Correxit etiam Wakefield. Silv. Crit. III. p. 92. solis utens Brunckii Analectis ignarusque sic editum esse in Gnomicis Poëtis.

IV.

Καὶ τόδε Φωκυλίδεω· Πόλις ἐν σκοπέλῳ κατὰ κόσμον
οἰκεῦσα σμικρὴ, κρείσσων Νίνου ἀφραινούσης.

V.

Καὶ τόδε Φωκυλίδεω· Λέριοι κακοί· οὐχ ὁ μὲν, ὃς δ' οὔ·
πάντες, πλὴν Προκλέους· καὶ Προκλέης Λέριος.

VI.

Καὶ τόδε Φωκυλίδεω· Χρή τοι τὸν ἑταῖρον ἑταίρῳ φροντίζειν ἅσσ' ἂν περιγογγύζωσι πολῖται.

VII.

Χρὴ δ' ἐν συμποσίῳ, κυλίκων περινισσομενάων, ἡδέα κωτίλλοντα καθήμενον οἰνοποτάζειν.

IV. Servavit hos versus Dio Chrysostomus p. 450. ubi quae de Phocylide habet, quia genus et figuram quasi describunt illius poëseos, gratum lectoribus erit hic reperire: *Οὕτως καὶ τῆς τοῦ Φωκυλίδου ποιήσεως ἔξεστί τοι λαβεῖν δεῖγμα ἐν βραχεῖ. καὶ γάρ ἐστιν οὐ τῶν μακράν τινα καὶ συνεχῆ ποίησιν εἰρόντων· ὥσπερ ὁ ὑμέτερος μίαν ἑξῆς διέξεισι μαχὴν ἐν πλείοσιν ἢ πεντακισχιλίοις ἔπεσιν. ἀλλὰ κατὰ δύο καὶ τρία ἔπη αὐτῷ καὶ ἀρχὴν ἡ ποίησις καὶ πέρας λαμβάνει, ὥστε καὶ προστίθησι τὸ ὄνομα αὐτοῦ καθ' ἕκαστον διανόημα, ἅτε σπουδαῖον καὶ πολλοῦ ἄξιον ἡγούμενος· οὐχ ὥσπερ Ὅμηρος οὐδαμοῦ τῆς ποιήσεως ὠνόμασεν αὐτόν. ἢ οὐ δοκεῖ σοι εἰκότως προσθεῖναι Φωκυλίδης τῇ τοιαύτῃ γνώμῃ καὶ ἀποφάσει· Καὶ τόδε κ. τ. λ.* Brunck.

V. Profert hoc distichon Strabo L. XI. p. 747. Sequens servavit Phrynichus in Eclogis nominum Atticorum p. 158. Postremum fragmentum exstat apud Athenaeum p. 428. Brunck.

PHOCYLIDIS MILESII

QUAE APUD STOBAEUM SUNT

HUGONE GROTIO INTERPRETE.

I. Tit. LVI.

Quisquis opes quaerit, glebae sibi comparet uber:
nam rus est vere illud, habet quod Copia, cornu.

II. Tit. LXXIII.

Haec quoque Phocylidae: Rebus de quatuor ortum
gens muliebris habet. Nam pars cane, pars ape nata est,
pars sue, pars et equa. Sed quam generavit equae vis,
foecunda est, agilis, vaga, formosissima vultu.
De sue quae genita est, inter pravamque bonamque,
trux et difficilis. Quae de cane, gnara laborum,
fida domus custos. Ape quae solerte creata est,
hanc thalami sociam votis ardentibus opta.

III. Tit. LXXXVII.

Haec quoque Phocylidae: Pars maxima nobilitatis
nil aut consilio pollent, aut voce diserta.

ΣΙΜΩΝΙΔΟΥ.

Οὐδὲν ἐν ἀνθρώποισι μένει χρῆμ' ἔμπεδον αἰεί.
ἓν δὲ τὸ κάλλιστον Χῖος ἔειπεν ἀνήρ·
ΟΙΗΙΕΡ ΦΥΛΛΩΝ ΓΕΝΕΗ, ΤΟΙΗΔΕ ΚΑΙ ΑΝΔΡΩΝ.
παῦροί μιν θνητῶν οὔασι δεξάμενοι
5 στέρνοις ἐγκατέθεντο. πάρεστι γὰρ ἐλπὶς ἑκάστῳ,
ἀνδρῶν ἥ τε νέων στήθεσιν ἐμφύεται.
θνητῶν δ' ὅφρα τις ἄνθος ἔχῃ πολυήρατον ἥβης,
κοῦφον ἔχων θυμὸν, πόλλ' ἀτέλεστα νοεῖ.
οὔτε γὰρ ἐλπίδ' ἔχει γηρασσέμεν, οὔτε θανεῖσθαι,
10 οὐδ', ὑγιὴς ὅταν ᾖ, φροντίδ' ἔχει καμάτου.
νήπιοι, οἷς ταύτῃ κεῖται νόος, οὐδέ τ' ἴσασιν,
ὡς χρόνος ἔσθ' ἥβης καὶ βιότου ὀλίγος
θνητοῖς. ἀλλὰ σὺ ταῦτα μαθὼν βιότου ποτὶ τέρμα
ψυχῇ τῶν ἀγαθῶν τλῆθι χαριζόμενος.

II.

ΠΕΡΙ ΓΥΝΑΙΚΩΝ.

Χωρὶς γυναικὸς θεὸς ἐποίησεν νόον
τὰ πρῶτα. τὴν μὲν ἐξ ὑὸς τανύτριχος,
τῇ πάντ' ἀν' οἶκον βορβόρῳ πεφυρμένα
ἄκοσμα κεῖται, καὶ κυλινδεῖται χαμαί·

SIMONIDIS I. Primus huius carminis versus omissus in Stobaeo. Integrum carmen legitur in appendice Anthologiae. BRUNCK.

5 αὐτὴ δ' ἄλουτος, ἄπλυτός τ' ἐν εἵμασιν,
ἐν κοπρίῃσιν ἡμένη πιαίνεται.
Τὴν δ' ἐξ ἀλιτρῆς θεὸς ἔθηκ' ἀλώπεκος
γυναῖκα, πάντων ἶδριν· οὐδέ μιν κακῶν
λέληθεν οὐδὲν, οὐδὲ τῶν ἀμεινόνων.
10 τὸ μὲν γὰρ αὐτῆς ἐστὶ πολλάκις κακὸν,
τὸ δ' ἐσθλόν· ὀργὴν δ' ἄλλοτ' ἀλλοίην ἔχει.
Τὴν δ' ἐκ κυνὸς λιτουργὸν, αὐτομήτορα,
ἣ πάντ' ἀκοῦσαι, πάντα δ' εἰδέναι θέλει,
πάντῃ δὲ παπταίνουσα καὶ πλανωμένη,
15 λέληκεν, ἢν καὶ μηδέν' ἀνθρώπων ὁρᾷ.
παύσειε δ' ἄν μιν οὔτ' ἀπειλήσας ἀνὴρ,
οὐδ' εἰ χολωθεὶς ἐξαράξειεν λίθῳ
ὀδόντας, οὐδ' ἂν μειλίχως μυθεύμενος,
οὐδ' εἰ παρὰ ξείνοισιν ἡμένη τύχοι·
20 ἀλλ' ἐμπέδως ἄπρηκτον αὐόνην ἔχει.

II. 5. ἐν εἵμασιν. Sic bene cod. In impresso Stobaeo ἐν ἱμάσιν. Brunck. Pro ἄπλυτος dudum malui ἀπλύτοις. Nunc video idem Gaisfordum dedisse.

10. τὸ μὲν γὰρ αὐτῆς ἐστὶ πολλάκις κακόν. In impresso Stobaeo pro αὐτῆς est αὐτῶν. At in scripto longe diversa lectio: τὸ μὲν γὰρ αὐτό γ' εἶπε πολλάκις κακόν. cum nota in margine ad vocem αὐτὸ pertinente: γρ. αὐτῶν. Brunck.

12. λιτουργὸν, id est, Hesychio interprete, κακοῦργον. Vide Valckenarium ad Hesychii glossam laudatum. Brunck. Conf. Toup. Emendat. in Hesych. p. 313. — αὐτομήτορα. Frid. Gul. Riemero placet αὐτοαήτερα. Non assentior: nam vulgata scriptura idem significat. Theologum. Arithmet. p. 14. Wechel. ὅτι καὶ διομήτορα ταύτην ὠνόμαζον ὡς Διὸς μητέρα. Eademque ratio vulgarium illorum, μητρομήτωρ, πατρομήτωρ, προμήτωρ, μητροπάτωρ, πατροπάτωρ, προπάτωρ, etc. Diversa est ratio adiectivorum ἀμήτωρ, ἀπάτωρ, quae cave confundas cum illis substantivis: id quod Riemero videtur accidisse sine idonea causa distinguenti αὐτομήτηρ et αὐτομήτωρ, quarum formarum prior, etsi analogiae congruens, vereor ut usquam reperiatur.

20. αὐόνη, κραυγή. Sic lexica sine auctoritate, qua augeri possunt. Brunck.

Τὴν δὲ πλάσαντες γῆΐνην Ὀλύμπιοι,
ἔδωκαν ἀνδρὶ πονηρόν· οὔτε γὰρ κακὸν,
οὔτ' ἐσθλὸν οὐδὲν οἶδε τοιαύτη γυνή·
ἔργον δὲ μοῦνον, ἐσθίειν, ἐπίσταται·
25 κοὔτ', ἂν κακὸν χειμῶνα ποιήσῃ θεὸς,
ῥιγῶσα, δίφρον ἆσσον ἕλκεται πυρός.
Τὴν δ' ἐκ θαλάσσης ἐν φρεσίν γ' ἤδη νόει·
τὴν μὲν γελᾷ τε καὶ γέγηθεν ἡμέρην.
ἐπαινέσει μιν ξεῖνος ἐν δόμοις ἰδών·
30 Οὐκ ἔστιν ἄλλη τῆσδε λωΐων γυνὴ
ἐν πᾶσιν ἀνθρώποισιν, οὐδὲ καλλίων.
τὴν δ', οὐκ, ἀνεκτὸς οὐδ' ἐν ὀφθαλμοῖς ἰδεῖν,
οὔτ' ἆσσον ἐλθεῖν, ἀλλὰ μαίνεται τότε
ἄπληστον, ὥσπερ ἀμφὶ τέκνοισιν κύων.
35 ἀμείλιχος δὲ πᾶσι κἀποθυμίῃ,
ἐχθροῖσιν ἴσα καὶ φίλοισι, γίγνεται.
ὥσπερ θάλασσα πολλάκις μὲν ἀτρεμὴς
ἔστηκ' ἀπήμων, χάρμα ναύτῃσιν μέγα,
θέρεος ἐν ὥρῃ, πολλάκις δὲ μαίνεται
40 βαρυκτύποισι κύμασιν φορευμένη·
ταύτῃ μάλιστ' ἔοικε τοιαύτη γυνὴ
ὀργήν· φυὴν δ', ὡς πόντος, ἀλλοίην ἔχει.
Τὴν δ' ἐκ σποδιῆς τε καὶ παλιντριβέος ὄνου,
ἢ σύν τ' ἀνάγκῃ, σύν τ' ἐνιπῇσιν μόγις

25. κοὔτ', ἂν —. Vere Trincavellus χώταν —.
32. τὴν δ', scilicet ἡμέρην, quod e v. 28. repeti debet. Brunck.
35. κἀποθυμίῃ. Sic in scripto Stobaeo: in impresso κἀποθυμία, neglecta ionica forma. Brunck.
42. ὀργήν. Sic cod. et editio Gesneri. In Grotii Florilegio perperam excusum ὀργῇ. Brunck.
43. Vulgo legitur τὴν δ' ἔκ τε σποδιῆς καὶ παλιντριβέος ὄνου. Perverse collocatae voces videntur, particula τε, quae nomini quod copulat subiici debet, ante no-

45 ἔρεξεν ὧν ἅπαντα, καὶ πονήσατο
ἀρεστά· τόφρα δ' ἐσθίει μὲν ἐν μυχῷ
προνὺξ, προῆμαρ, ἐσθίει δ' ἐπ' ἐσχάρῃ·
ὅμως δὲ καὶ πρὸς ἔργον ἀφροδίσιον
ἐλθόνθ' ἑταῖρον ὁντινοῦν ἐδέξατο.
50 Τὴν δ' ἐκ γαλῆς, δύστηνον οἰζυρὸν γένος.
κείνῃ γὰρ οὔ τι καλὸν οὐδ' ἐφίμερον
πρόσεστιν, οὐδὲ τερπνὸν, οὐδ' ἐράσμιον·
εὐνῆς δ' ἀδηνής ἐστιν ἀφροδισίης,
τὸν δ' ἄνδρα τὸν συνόντα ναυσίῃ διδοῖ·
55 κλέπτουσα δ' ἔρδει πολλὰ γείτονας κακὰ,
ἄθυτα δ' ἱρὰ πολλάκις κατεσθίει.

men posita. Proinde lego τὴν δ' ἐκ σποδιῆς τε καὶ παλιντριβέος ὄνου. Huic correctioni opponi possit lex metrica, quam veteribus iambographis observatam fuisse testatur Hephaestio, ne in parem sedem recipiatur anapaestus. Sed lex illa non ita omnium suffragio comprobata est, ut non malim contra eam peccari, quam contra constructionis rationem. Praeterea videndum esset, an τε corripi possit ante literas σπ. Sunt quidem istius licentiae exempla in poëtis, sed perpanca, multoque pauciora anapaestis in paribus senariorum sedibus. In Stobaei codice scriptum παλιντριβοῦς, Attica contractione, quae Ionibus non fuit in usu. σποδιὸς notat cinericeum colorem seu gilvum, quem in equis damnat Virgilius. Vide Salmasium in Plin. Exercit. p. 181. Brunck. De forma παλιντριβέος s. παλιντριβοῦς v. Seidler. de vers. dochm. p. 392.

46. ὧν Ionice pro οὖν praestitit scriptus liber. Brunck.

50. Rectius scripseris δύστηνον, οἰζυρὸν γένος. Iacobs. ad Antholog. Palat. p. 285.

53. ἀδηνὴς, id est ἄπειρος. Hesychius: ἀδηνείη (sic legendum, non ἀδεινείη) ἀπειρία. Male in cod. scriptum ἀληνῆς, e frequenti, quam paulo ante tetigi, permutatione literarum Λ, Δ, Λ. Brunck.

56. ἄθυτα δ' ἱρά. Perperam vulgo legitur ἄθυστα, quod nescio an satis Graecum sit. Sinceram formam praestat Athenaeus p. 179. E. Ionicum vero ἱρὰ, quod tuetur etiam Stobaei codex, retineri debuit. Brunck.

Τὴν δ' ἵππος ἁβρὴ χαιτήεσσ' ἐγείνατο,
ἣ δούλι' ἔργα καὶ δύην περιτρέπει·
κουτ' ἂν μύλης ψαύσειεν, οὔτε κόσκινον
60 ἄρειεν, οὔτε κόπρον ἐξ οἴκου βάλοι,
οὔτε πρὸς ἰπνὸν, ἀσβόλην ἀλευμένη,
ἵζοιτ', ἀνάγκῃ δ' ἄνδρα ποιεῖται φίλον.
λοῦται δὲ πάσης ἡμέρης ἄπο ῥύπον

57. ἁβροχαιτόεσσ'. Sic olim emendaveram lectionem quam in Grotii Florilegio repereram, ἁβροχαιτόεις. In Gesneri edit. legitur ἀκρηχαιτείης, et in marg. ἁβρηχαιτήεις. Nescio qua mea negligentia vetus illud lectionis monstrum hîc remansit, quod sane nolebam. Sincera lectio quam liquido et distincte exhibet cod. Reg. reponi debuit:

τὴν δ' ἵππος ἁβρὴ χαιτήεσσ' ἐγείνατο.

E duobus adiectivis bene componi posset ἁβροχαιτήεσσ'. Sed χαιτόεις, quod e vet. Lex. affert Henr. Stephanus, Graecum non est, nec proinde mirum, si nullo firmatur exemplo. η in χαιτήεσσ' corripitur ante vocalem, poëtarum more, cuius in senariis etiam Tragicorum occurrunt exempla, ut apud Euripidem in Heraclidis,

ὅπως δηώσας καὶ κατακτείνας ἐμοὺς
ἐχθρούς.

Sic ζωῆς iambus est in fine senarii apud Eurip. in Hecuba, et ζώειν apud Simonidem vel eundem huncce, vel alterum IV. 17. Brunck. Iubente Brunckio ἁβρὴ χαιτήεσσ' dedimus pro scriptura editionis Argentoratensis ἁβροχαιτόεσσ'. Schneiderus in Aeliano edidit ἁβροχαιτήεσσ', quod videtur praestabilius.

58. περιτρέπει. E vi sententiae Grotius vertit optime: *Spernit laboris omne servilis genus.* Utique verbum hîc *aversandi* significatione adhibuit Poëta, quae nulli composito simplicis τρέπω inesse potest, nisi in forma media. Locus est depravatus. Conieceram olim ἀποστυγεῖ, quod a veteris scripturae ductu longe est, alioquin et metro et sententiae admodum est adpositum. Brunck.

60. ἄρειεν, Aeolica forma pro ἄραι, ut τύψειε pro τύψαι. Illud nescio an alibi occurrat. Scripsisset Atticus poëta ἄροι ἄν. Brunck. Non scripsisset.

δὶς, ἄλλοτε τρὶς, καὶ μύροις ἀλείφεται·
65 ἀεὶ δὲ χαίτην ἐκτενισμένην φορεῖ,
βαθεῖαν, ἀνθέμοισιν ἐσκιασμένην.
καλὸν μὲν ὦν θέημα τοιαύτη γυνὴ
ἄλλοισι· τῷ δ' ἔχοντι γίγνεται κακὸν,
ἢν μή τις ἢ τύραννος, ἢ σκηπτοῦχος ἦ,
70 ὅστις τοιούτοις θυμὸν ἀγλαΐζεται.

Τὴν δ' ἐκ πιθήκου· τοῦτο δὴ διακριδὸν
Ζεὺς ἀνδράσιν μέγιστον ὤπασεν κακόν.
αἴσχιστα μὲν πρόσωπα· τοιαύτη γυνὴ
εἶσιν δι' ἄστεος πᾶσιν ἀνθρώποις γέλως.
75 ἐπ' αὐχένα βραχεῖα κινεῖται μόγις,
ἄπυγος, αὐτόκωλος. ἆ τάλας ἀνὴρ
ὅς τις κακὸν τοιοῦτον ἀγκαλίζεται.
δήνεα δὲ πάντα καὶ τρόπους ἐπίσταται,
ὥσπερ πίθηκος, οὐδέ οἱ γέλως μέλει.
80 οὐδ' ἄν τιν' εὖ ἔρξειεν, ἀλλὰ τοῦθ' ὁρᾷ,
καὶ τοῦτο πᾶσαν ἡμέρην βουλεύεται,
ὅκως τι, χὡς μέγιστον, ἔρξειεν κακόν.

Τὴν δ' ἐκ μελίσσης· τήν τις εὐτυχεῖ λαβὼν·
κείνῃ γὰρ οἴῃ μῶμος οὐ προσιζάνει·
85 θάλλει δ' ὑπ' αὐτῆς κἀπαέξεται βίος·
φίλη δὲ σὺν φιλεῦντι γηράσκει πόσει,
τεκοῦσα καλὸν κ' οὐνομάκλυτον γένος·
κἀριπρεπὴς μὲν ἐν γυναιξὶ γίγνεται

67. καλὸν μὲν ὦν θέημα. Vulgo μὲν οὖν θέαμα. Scribi debuit, ut supra v. 45., Ionice ὦν. Itidem ex usu dialecti θέημα, quod postremum firmat Aelianus H. A. XVI. 24. ubi quatuordecim versus ex hoc carmine citati. Brunck.

74. ἄστεος. De synizesi in h. v. vid. Porson. ad Euripid. Orest. 393. et Seidler. de vers. dochm. p. 392. sq.

πάσῃσι, θείη δ' ἀμφιδίδρομεν χάρις·
90 οὐδ' ἐν γυναιξὶν ἥδεται καθημένη,
ὅκου λέγουσιν ἀφροδισίους λόγους.
τοίας γυναῖκας ἀνδράσιν χαρίζεται
Ζεὺς τὰς ἀρίστας καὶ πολυφραδεστάτας.

Τὰ δ' ἄλλα φῦλα ταῦτα μηχανῇ Διὸς
95 ἔστιν τε πάντα, καὶ παρ' ἀνδράσιν μένει.
Ζεὺς γὰρ μέγιστον τοῦτ' ἐποίησεν κακὸν,
γυναῖκας· ἤν τι καὶ δοκῶσιν ὠφελεῖν,
ἔχοντί τοι μάλιστα γίγνεται κακόν.
οὐ γάρ κοτ' εὔφρων ἡμέρην διέρχεται
100 ἅπασαν, ὅστις σὺν γυναικὶ πέλεται·
οὐδ' αἶψα λιμὸν ἐκ δόμων ἀπώσεται,
ἐχθρὸν συνοικητῆρα, δυσμενέα θεόν.
ἀνὴρ δ' ὅταν μάλιστα θυμηδεῖν δοκῇ
κατ' οἶκον, ἢ θεοῦ μοῖραν, ἢ ἀνθρώπου χάριν,
105 εὑροῦσα μῶμον ἐς μάχην κορύσσεται.
ὅκου γυνὴ γάρ ἐστιν, οὐδ' ἐς οἰκίην

97. Hic et sequens versus in codice deficiunt, quia a nomine *κακὸν*, quod praecedit, aberravit librarii oculus ad finem secundi abhinc versus, quae causa fuit multarum omissionum. In altero horum versuum legitur vulgo *ἔχοντι τῷ μάλιστα*, quod male Graecum est. Articulus non sic solet nomini suo postponi; sed praeponitur, ut supra 68. *τῷ δ' ἔχοντι γίγνεται κακόν*. Legendum *ἔχοντί τοι*. Brunck.

100. *σὺν γυναικὶ πέλεται*. Sic Stobaei libri omnes. Grotius e coniectura suffecit *πίλναται*, quod alienum est. Certum est vetustissimis poëtis non solum in compositis, sed etiam in simplicibus vocibus vocalem brevem produci ante liquidam, quae geminatur pronuntiando, nec tamen duplex scribi debet. In Hesiodi operibus 12. *ἀρόμεναι* secunda longa, ubi minime necesse est, immo est inscitum, scribere *ἀρόμμεναι*. Brunck.

101. *ἐκ δόμων ἀπώσεται*. Codicis haec lectio est: in impresso Stobaeo *οἰκίης ἀπώσεται*. Brunck.

104. Adverte accusativum *μοῖραν* pro vulgari *μοίρᾳ*. Quadrat ad sequ. *χάριν*.

ξεῖνον μολόντα προφρόνως δεχοίατο.
ἥτις δέ τοι μάλιστα σωφρονεῖν δοκεῖ,
αὕτη μέγιστα τυγχάνει λωβωμένη.
110 κεχηνότος γὰρ ἀνδρὸς - - - -
- - - - οἱ δὲ γείτονες
χαίρουσ' ὁρῶντες καὶ τὸν, ὡς ἁμαρτάνει.
τὴν ἣν δ' ἕκαστος αἰνέσει μεμνημένος
γυναῖκα, τὴν δὲ τούτερου μωμήσεται·
ἴσην δ' ἔχοντες μοῖραν οὐ γιγνώσκομεν.
115 Ζεὺς γὰρ μέγιστον τοῦτ' ἐποίησεν κακὸν,
καὶ δεσμὸν ἀμφέθηκεν ἄῤῥηκτον πέδῃ.
ἐξ οὗ τε τοὺς μὲν Ἅιδης ἐδέξατο
γυναικὸς εἵνεκ' ἀμφιδηριωμένους.

III.

Γυναικὸς οὐδὲν χρῆμ' ἀνὴρ ληΐζεται
ἐσθλῆς ἄμεινον, οὐδὲ ῥίγιον κακῆς.

IV.

Ὦ παῖ, τέλος μὲν Ζεὺς ἔχει βαρύκτυπος
πάντων, ὅσ' ἐστὶ, καὶ τίθησ' ὅπῃ θέλει.
νοῦς δ' οὐκ ἐπ' ἀνθρώποισιν· ἀλλ' ἐφήμεροι
ἀεὶ βροτοὶ δὴ ζῶμεν, οὐδὲν εἰδότες,

110. Ex hiatu sententiae manifestum est, finem huius versus cum sequentis initio, nisi forte plura, deesse. Brunck.

113. τούτερον. Sic coniunctim excudi debuit. In cod. scriptum τοῦ 'τέρου. Vide, si tanti est, Porti Lexicon Ionicum in τοὔτερον. Brunck.

116. Conf. Aeschyl. Prom. 6.

III. Hi versus qui a Clemente Alex. et Eusebio laudantur, expressi sunt ex Hesiodeis in Operibus 647. Brunck.

IV. 1. 2. Cum Euripideis Orest. 1560. sq. Pors. comparavit Seidlerus de vers. dochm. p. 326.

5 ὅπως ἕκαστον ἐκτελευτήσει θεός.
ἐλπὶς δὲ πάντας κἀπιπειθείη τρέφει
ἄπρηκτον ὁρμαίνοντας. οἱ μὲν ἡμέρην
μένουσιν ἐλθεῖν, οἱ δ' ἐτέων περιτροπάς.
νέωτα δ' οὐδεὶς ὅστις οὐ δοκεῖ βροτῶν
10 πλούτῳ τε κἀγαθοῖσιν ἵξεσθαι φίλον.
φθάνει δὲ τὸν μὲν γῆρας ἄζηλον λαβὸν,
πρὶν τέρμ' ἵκηται· τοὺς δὲ δύστηνοι νόσοι
φθείρουσι θνητῶν· τοὺς δ' Ἄρει δεδμημένους
πέμπει μελαίνης Ἀΐδης ὑπὸ χθονός·
15 οἱ δ' ἐν θαλάσσῃ, λαίλαπι κλονεύμενοι
καὶ κύμασιν πολλοῖσι πορφυρῆς ἁλὸς,
θνήσκουσιν, εὖτ' ἂν μὴ δυνήσωνται ζώειν·
οἱ δ' ἀγχόνην ἥψαντο δυστήνῳ μόρῳ,
καὐτάγρετοι λείπουσιν ἡλίου φάος.
20 οὕτω κακῶν ἅπ' οὐδέν· ἀλλὰ μυρίαι
βροτοῖσι κῆρες, κἀνεπίφραστοι δύαι,
καὶ πήματ' ἐστίν· εἰ δ' ἐμοὶ πιθοίατο,
οὐκ ἂν κακῶν ἐρῷμεν, οὐδ' ἐν ἄλγεσι
κακοῖς ἔχοντες θυμὸν αἰκιζοίμεθα.

5. ἐκτελευτήσει. Sic codex bene. Soloecum est quod impressus Stobaeus exhibet ἐκτελευτήσῃ. Brunck.

6. ἐπιπειθείη, *fiducia*, vox est, qua lexica augeri possunt. Brunck.

9. οὐ δοκεῖ. Sic cod. In impressis οὐ δοκέει. Brunck.

17. ζοίειν. Sic cod. et Gesneri editio. In Grotii Floril. ζάειν. Non erat cur metro timeret. ω ante vocalem vel diphthongum Tragici quoque corripiunt in senariis, ut Euripides in Hecuba 1094. Seq. v. ad codicis etiam fidem reposuimus ἥψαντο. Perperam in impressis ἄψαντο. Brunck.

23. ἐρῷμεν optativus est. Perperam in impressis ἐρῶμεν, sine ι subscripto, et αἰκιζόμεθα vel αἰκιζώμεθα. Bene in cod. scriptum αἰκιζοίμεθα. ἔχοντες neutraliter hic adhibitum pro ὄντες. Brunck. κακοῖς in κακῶς mutandum videtur Seidlero de vers. dochm. p. 326.

V.

Πάμπαν δ' ἄμωμος οὔτις, οὐδ' ἀκήριος.

VI.

Τοῦ μὲν θανόντος οὐκ ἂν ἐνθυμοίμεθα,
εἴ τι φρονοῖμεν, πλεῖον ἡμέρας μιᾶς.

VII.

Ο δ' αὖ θάνατος ἔκιχε καὶ τὸν φυγόμαχον.

VIII.

Ἄνθρωπος ἐὼν, μήποτε φήσῃς
ὅ τι γενήσεται,
μηδ' ἄνδρα ἰδὼν, ὅσον ἐσσεῖται
χρόνον. ὠκεῖα γὰρ οὐδὲ τανυπτερύγου μυίας
οὕτως ἁ μετάστασις.

IX.

Βιοτῆς μὲν γὰρ
χρόνος ἐστὶ βραχύς· κρυφθεὶς δ' ὑπὸ γῆς
κεῖται θνητὸς τὸν ἅπαντα χρόνον.

X.

Ζεὺς πάντων αὐτὸς φάρμακα μοῦνος ἔχει.

VII. ἔκιχε. Sic in scripto libro: in impressis vero ἔφικε. Codicis lectionem praetuli. In κιχάνω primam producunt alii poëtae, corripiunt alii, idque pro dialectorum diversitate, quod observavi ad Euripidis Hippol. 1455. Idem Tragicus in Alcestide 488.

Ἀθμητον ἐν δόμοισιν ἄρα κιχάνω;

Brunck.

VIII. Huius fragmenti versus admodum erant luxati, quos codicis ope et ductu metro suo restituimus. Tres primi anapaestici sunt. Particula γὰρ, quam in primo insertam exhibet Grotii Floril., non agnoscit scriptus liber, a quo ἐσσεῖται sumsi. Brunck.

SIMONIDIS

QUAE APUD STOBAEUM SUNT

H. GROTIO INTERPRETE.

I. Tit. XCVIII.

Veridico Chius dixerat ore senex:
Est similis plane foliis humana propago.
Sed pauci ista suis auribus hausta, simul
mentibus inscripsere. Fovet spes credula cunctos,
quae sese iuvenum cordibus insinuat.
Nam dum multivoli floret vaga temporis aetas,
multa homines volvunt irrita consilia.
Quin neque tunc lethi mordet, neque cura senectae
pectora, nec morbos membra timent vegeta.
Tantilla est miseris sapientia, nec videt aevi
atque iuventutis quam breve sit spatium.
Tu monitus meliora, datur dum vivere, vive:
vive inquam, et Genio comiter obsequere.

II. Tit. LXXIII.

Non fecit unam feminae mentem Deus.
Est quae parentis hispidae morem refert

suis propago, tota res cuius domi
prostrata turpi sordet in coeno ac situ:
at ipsa nunquam lota, cultu squallido,
pinguescit alto considens in stercore.

Est, ex maligna vulpe quam finxit Deus,
sagace mente praeditam, cuius nihil
boni malive praeterit solertiam:
quin ipsa sese, moris alterni, bonam
malamque praebet, blanda et irritabilis.

At quae parentem sedula expressit canem,
audire quaerit omnia et nosse omnia,
vagans, oberrans, lumine emissitio,
tollens latratum saepe viso nemine:
illam nec ullis comprimet coniunx minis,
nec si ille malas rudere edentaverit,
nec si benignos mollis affatus paret:
tum saepe, quamvis hospites iuxta sedens,
inefficaces stulta clamores movet.

Est, quam Deorum finxit e limo manus,
durum marito taedium: quae nescia
boni malique, desidem vitam trahit:
opus nec ullum docta, praeter mandere.
Nec, quum gelascit horrido coelum Iove,
saltem crepanti proximat sellam foco.

Mari creatam iam mihi considera.
Modo haec renidet laeta per totum diem,
ut laudet illam quisquis ignotus videt,
iuretque nullam reperiri feminam
aut pulchriorem, aut cultiorem moribus:

modo illa rursus visu et affatu gravis,
ut ferre nemo possit, horrendum furit,
velut canis succincta catulorum grege,
infensa cunctis, trux et implacabilis,
amici et hostis nesciens discrimina.
Ut saepe, venti quum tenent silentium,
aestiva ridet unda pacati maris
blandita nautis: saepe quum nimbi irruunt,
horrescit altis intonata fluctibus:
sic illa et iras tollit, et ponit truces,
pontique ritu mobiles aestus habet.

Asellus at quam gignit et piger cinis,
necessitatis lege ineluctabili
minisque adacta, quod viro iussum, facit:
furtim interim qua nocte, qua potest die,
sese saginat, et vel ad focum vorat:
nec delicate seligens adulteros,
cuivis roganti comiter morem gerit.

At fele natum, tristc et infelix genus:
in hac benignum et illecebrosum nihil,
nil reperire est dulce, nil amabile:
intacta lecti gaudiis, spernit virum
fastidiosae plena contumaciae:
multumque, sed per furta, vicinis nocet:
pollucta ab aris abliguritum venit.

At quam superbus edidit iubis equus,
spernit laboris omne servilis genus:
non illa cribrum, non molam tangit manu:
non, si quid usquam sordidum, everrat domo:
ingens sedere credit ad furnum nefas,

perosa fumum: sponte nil praestat viro:
sed bis lavatur de die, vel ter quoque,
et delibutum corpus unguentis habet:
discriminatas pectine exili comas
gaudet revinctis impedire floribus:
extraneorum visibus spectaculum
dulce atque amoenum, coniugi damnum grave,
ni forte rex sit aut superbus satrapa
impendioso laetus oblectamine.

Deformis autem simiae propaginem
Deus maritis pessimam misit luem:
nam quum per urbis publicam incedit viam,
turpi ore debet omnibus ludibrium,
cervice parva, vix ut inflecti queat,
inclunis et crus tota: vir certe miser,
in cuius ista pestis amplexus venit:
consilia novit omnia atque omnes dolos,
ut aemulator simius: risu abstinet,
nec demeretur quempiam: hoc unum videt,
totosque secum sola consultat dies,
quo machinatu maximum incoeptet malum.

Api beatus prosatam qui duxerit,
in qua invenire nil potest calumnia;
florescit eius vita matrimonio:
amans amanti consenescit coniugi:
stirps unde prodit pulchra, rumoris boni:
multum illa vincit quicquid est sexus sui:
divina toto gratia in vultu micat:
nec feminarum garrulos coetus adit
libidinosis prurientes vocibus.

Tales benignus Iuppiter donat viris
prudente nuptas corde, casto corpore.

Sed et priores feminae nutu Iovis
olim exstitere, et nunc adhaerescunt viris.
Hanc ille finxit maximam mortalibus
crucem. Licet putentur ad multa utiles,
qui vivit una, sentiet quid sit mali.
Nam laetus unum transiget nunquam diem,
cum femina qui degit aetatem suam:
vix Esuriginem a suo aspellet lare,
ferale numen, triste contubernium.
Quin quum maritus gaudio quam maximo
divinitus tentatur aut humanitus,
illa ad querelas iurgiumque accingitur.
Quacunque vero femina in domo est, ibi
hospes benigne nullus excipi potest.
Deinde quae videtur apprime bona,
haec vero hiantem maxime illudit viri
securitatem. Gaudet infortunio,
malignitatis mos ut est, vicinia.
Quumque ista fiant, cuique laudatur sua;
culpatur uxor alteri quae contigit:
nec nos eadem sorte sentimus premi.
Mali repertor quippe tanti Iuppiter
adfabricavit vinculum insolubile.
Hinc caede multos Orcus alterna accipit
effascinatos feminarum amoribus.

IV. Tit. XCVIII.

O nate, metas Iuppiter rerum omnium
habet penes se, quoque vult figit loco.
Mens nulla nobis. Victitamus in diem

ultro citroque cursitantes, inscii
quem cuique finem destinet rector Deus.
Omnes inani spes fovet fiducia
nil promoventes. Alter exspectat diem
venire, longas alter annorum vices:
nec est, futurum qui sibi non spondeat
Ianum faventem copia et pecuniis.
Sed vota nondum consecutos occupat
tristis senectus, acris aut morbi lues
consumit artus, saevus aut Martis furor
mittit peremtos sub domum Plutoniam:
aut dum procellae vortices vi suscitant,
Neptunus alto sorbet oppressos salo,
quum terminavit Parca vivendi ambitum.
Sunt, qui micantem deserunt ultro diem,
sibique nodo spiritus claudunt viam.
Nil a malis immune. Sed mortalium
subiecta fertur mille sors incommodis
et mille damnis. Si mihi fides foret,
nos sponte nostris non adessemus malis,
addiceremus corda nec doloribus.

V. Tit. cv.

Illaesa nulli vita, nec culpa vacans.

VI. Tit. cxxv.

Nos de peremtis cura, si pectus sapit,
mordebit una non diutius die.

VII. Tit. cxix.

Mors et fugacem persequitur virum.

VIII. Tit. cv.

Quid ventura ferat sors homini, parce homo dicere,
nec fave augurio, quanta viro vita, quis exitus.

Nam non tam rapidis acta fugit musca volatibus,
quam lapsae subita res hominum praetereunt vice.

IX. Tit. CXXII.

Breve mortalis spatium vitae.
Dein clausus homo tellure iacet
tempus in omne.

X. Excerpt. de R. N. Tit. III.

Ipse Deus, cunctis quo medeatur, habet.

ΠΥΘΑΓΟΡΟΥ ΧΡΥΣΑ ΕΠΗ.

Ἀθανάτους μὲν πρῶτα θεούς, νόμῳ ὡς διάκεινται,
τίμα· καὶ σέβου ὅρκον, ἔπειθ' ἥρωας ἀγαυούς.
τούς τε καταχθονίους σέβε δαίμονας, ἔννομα ῥέζων·
τούς τε γονεῖς τίμα, τούς τ' ἄγχιστ' ἐκγεγαῶτας·
5 τῶν δ' ἄλλων ἀρετῇ ποιεῦ φίλον ὅς τις ἄριστος.
πραέσι δ' εἶκε λόγοις, ἔργοισί τ' ἐπωφελίμοισι.
μηδ' ἔχθαιρε φίλον σὸν ἁμαρτάδος εἵνεκα μικρῆς,
ὄφρα δύνῃ· δύναμις γὰρ ἀνάγκης ἐγγύθι ναίει.
ταῦτα μὲν οὕτως ἴσθι· κρατεῖν δ' εἰθίζεο τῶνδε,
10 γαστρὸς μὲν πρώτιστα, καὶ ὕπνου, λαγνείης τε,
καὶ θυμοῦ. πρήξεις δ' αἰσχρόν ποτε μήτε μετ' ἄλλου,
μήτ' ἰδίῃ· πάντων δὲ μάλιστ' αἰσχύνεο σαυτόν.
εἶτα δικαιοσύνην ἄσκει ἔργῳ τε λόγῳ τε.
μηδ' ἀλογίστως σαυτὸν ἔχειν περὶ μηδὲν ἔθιζε.
15 ἀλλὰ γνῶθι μὲν ὡς θανέειν πέπρωται ἅπασι.
χρήματα δ' ἄλλοτε μὲν κτᾶσθαι φίλει, ἄλλοτ' ὀλέσσαι.

1. διάκεινται. Al. διάκειται, quod praeferam. Conf. v. 3. Non movent me, quae Rich. Warrenus (seu Car. Ashtonus fuit) ad pluralem tuendum adnotavit. — 2. post ἀγαυοὺς punctum deleam.

9. εἰθίζεο. Infra v. 35. εἰθίζου. Nota formam εἰθίζω, agnitam etiam H. Stephano Ind. in Thesaur. c. 814. G. ubi haec carmina citantur. Itaque non opus quod al. habent δὲ ἐθίζεο.

16. Al. χρήματα δ' ἄλλοτε μὲν κτᾶσθαι φιλεῖ, ἄλλοτ' ὀλέσθαι. quod malim: ut haec quoque a γνῶθι ὡς pendeant. κτᾶσθαι passiva significatione passim legitur; ra-

ὅσσα τε δαιμονίῃσι τύχαις βροτοὶ ἄλγε' ἔχουσιν,
ἣν ἂν μοῖραν ἕλῃς, ταύτην φέρε, μηδ' ἀγανάκτει·
ἰᾶσθαι δὲ πρέπει, καθόσον δύνῃ· ὧδε δὲ φράζευ·
20 οὐ πάνυ τοῖς ἀγαθοῖς τούτων πολὺ μοῖρα δίδωσι.
πολλοὶ δ' ἀνθρώποισι λόγοι δειλοί τε καὶ ἐσθλοὶ
προσπίπτουσ', ὧν μήτ' ἐκπλήσσεο, μήτ' ἄρ' ἐάσῃς
εἴργεσθαι σαυτόν· ψεῦδος δ' ἤν πέρ τι λέγηται,
πράως ἴσχ'· ὅ δέ τοι ἐρέω, ἐπὶ παντὶ τελείσθω.
25 μηδεὶς μήτε λόγῳ σε παρείπῃ, μήτε τι ἔργῳ,
πρῆξαι μήτ' εἰπεῖν ὅ τί τοι μὴ βέλτερόν ἐστι·
βουλεύου δὲ πρὸ ἔργου, ὅπως μὴ μῶρα πέλῃται.
δειλοῦ τοι πρήσσειν τε λέγειν τ' ἀνόητα πρὸς ἀνδρός·
ἀλλὰ τάδ' ἐκτελέειν, ἅ σε μὴ μετέπειτ' ἀνιήσει.
30 πρῆσσε δὲ μηδὲν τῶν μὴ ἐπίστασαι, ἀλλὰ διδάσκευ
ὅσσα χρεών, καὶ τερπνότατον βίον ὧδε διάξεις.
Οὐδ' ὑγιείης τῆς περὶ σῶμ' ἀμέλειαν ἔχειν χρή·
ἀλλὰ ποτοῦ τε μέτρον, καὶ σίτου, γυμνασίων τε
ποιεῖσθαι· μέτρον δὲ λέγω τόδ', ὅ μή σ' ἀνιήσει.
35 εἰθίζου δὲ δίαιταν ἔχειν καθάρειον, ἄθρυπτον·
καὶ πεφύλαξό γε ταῦτα ποιεῖν, ὁπόσα φθόνον ἴσχει.
μὴ δαπανᾶν παρὰ καιρὸν, ὁποῖα καλῶν ἀδαήμων·
μηδ' ἀνελεύθερος ἴσθι· μέτρον δ' ἐπὶ πᾶσιν ἄριστον.
πρῆσσε δὲ ταῦθ', ἅ σε μὴ βλάψει· λόγισαι δὲ πρὸ ἔργου.
40 Μηδ' ὕπνον μαλακοῖσιν ἐπ' ὄμμασι προσδέξασθαι,
πρὶν τῶν ἡμερινῶν ἔργων τρὶς ἕκαστον ἐπελθεῖν·
Πῇ παρέβην; Τί δ' ἔρεξα; Τί μοι δέον οὐκ ἐτελέσθη;
ἀρξάμενος δ' ἀπὸ πρώτου ἐπέξιθι· καὶ μετέπειτα
δειλὰ μὲν ἐκπρήξας, ἐπιπλήσσεο· χρηστὰ δὲ, τέρπου.

rius in classicis, saepius in scriptoribus posteriorum temporum. V. quae notavi ad Scholia Apollonii Rhod. p. 53. et ad Memnonis Excerpta p. 234. Orell.

45 Ταῦτα πόνει, ταῦτ' ἐκμελέτα· τούτων χρὴ ἐρᾶν σε,
ταῦτά σε τῆς θείης ἀρετῆς εἰς ἴχνια θήσει.
ναὶ μὰ τὸν ἁμετέρᾳ ψυχᾷ παραδόντα τετρακτύν,
παγὰν ἀενάου φύσεως. ἀλλ' ἔρχευ ἐπ' ἔργον,
θεοῖσιν ἐπευξάμενος τελέσαι. τούτων δὲ κρατήσας,
50 γνώσῃ ἀθανάτων τε θεῶν, θνητῶν τ' ἀνθρώπων
σύστασιν, ᾗ τε ἕκαστα διέρχεται, ᾗ τε κρατεῖται·
γνώσῃ δ', ᾗ θέμις ἐστὶ, φύσιν περὶ παντὸς ὁμοίην,
ὥστε σε μήτε ἄελπτ' ἐλπίζειν, μήτε τι λήθειν.
γνώσῃ δ' ἀνθρώπους αὐθαίρετα πήματ' ἔχοντας·
55 τλήμονες, οἵ τ' ἀγαθῶν πέλας ὄντων οὐκ ἐσορῶσιν
οὔτε κλύουσι· λύσιν δὲ κακῶν παῦροι συνίασι.
τοίη μοῖρα βροτῶν βλάπτει φρένας· ὡς δὲ κύλινδροι
ἄλλοτ' ἐπ' ἄλλα φέρονται, ἀπείρονα πήματ' ἔχοντες.
λυγρὴ γὰρ συνοπαδὸς ἔρις βλάπτουσα λέληθε
60 σύμφυτος, ἣν οὐ δεῖ προσάγειν, εἴκοντα δὲ φεύγειν.
Ζεῦ πάτερ, ᾗ πολλῶν κε κακῶν λύσειας ἅπαντας,
εἰ πᾶσιν δείξαις, οἵῳ τῷ δαίμονι χρῶνται.
ἀλλὰ σὺ θάρσει, ἐπεὶ θεῖον γένος ἐστὶ βροτοῖσιν,
οἷς ἱερὰ προφέρουσα φύσις δείκνυσιν ἕκαστα.
65 ὧν εἴ σοί τι μέτεστι, κρατήσεις ὧν σε κελεύω,
ἐξακέσας, ψυχὴν δὲ πόνων ἀπὸ τῶνδε σαώσεις.
Ἀλλ' εἶργου βρωτῶν, ὧν εἴπομεν, ἔν τε καθαρμοῖς,
ἔν τε λύσει ψυχῆς κρίνων, καὶ φράζευ ἕκαστα,

47. 48. Formas doricas cave sollicites. In talibus enim etiam dialectus servanda est.

55. Al. τλήμονας — οὔτ' ἐσορῶσιν. quod si praeferas, vix repugnem.

66. ἐξακέσας. Activum ex solo hoc loco H. Stephanus citavit: nec puto legi in classicis.

ἡνίοχον γνώμην στήσας καθύπερθεν ἀρίστην.
70 ἣν δ' ἀπολείψας σῶμα ἐς αἰθέρ' ἐλεύθερον ἔλθῃς,
ἔσσεαι ἀθάνατος, θεὸς ἄμβροτος, οὐκ ἔτι θνητός.

70. ἀπολείψας. Classici scribunt ἀπολιπών. Primum aoristum frequentavit Graecitas citerior. In Aristophan. Eccles. 1145. iure, ut puto, Brunckius dedit παραλείψεις pro vulg. παραλείψῃς. Plato Gorg. p. 201. Heind. μεταξὺ τὸν λόγον καταλίπωμεν; Editor: „Codd. Bodl. Aug. Meerm. καταλείψωμεν. Reposui cum Buttmanno καταλίπωμεν, quoniam usitata aoristi forma est ἔλιπον, non ἔλειψα." Minus probo quae ibidem p. 525. scripta sunt: nam simplicis verbi compositorumque plane eadem est ratio. Pseudo-Phocylides 72. Δίκῃ δ' ἀπόλειψον ἄμυναν. Argumentum Hippolyti Euripidis, quod dicitur e Parallelis Plutarchi sumtum, p. 265. Musgr. Ὁ δὲ καταλείψας καὶ εἰς Τροιζῆνα παραγενόμενος κ. τ. λ. Schol. ad Pindar. p. 174. Heyn. τοῦ ι ἐκλείψαντος. p. 206. ἐὰν μή με ὁ βίος ταχέως ἐπιλείψῃ. pro quo post εἰ μὴ ταχὺ λίποι ὁ αἰών. Add. quae notavi in Append. ad Aristophan. Plut. p. 510. et 555.

AUREI PYTHAGORAE VERSUS

QUI APUD STOBAEUM SUNT

INTERPRETE HUGONE GROTIO.

V. 4. Tit. LXXIX.

Auctores generis cole, deinde et sanguine iunctos.

V. 9. Tit. I.

Res has superare memento,
ingluviem, somnumque, simulque libidinis arma,
irarumque faces. Nihil adiutoribus aude
turpe aliis, solusque nihil: te disce vereri.
Iustitiam factisque simul verbisque celebra.
In re vel minima peccare assuescere noli.
Omnibus esse, mori, genitis fatale memento.
Res et opes quaerique solent, iterumque perire.

V. 17. Tit. CVIII.

Mortali generi quos dat fortuna dolores,
partem ferre datam, nec succensere, memento.

V. 21. Tit. III.

Plurimus humanus sermo defertur ad aures,
inde bonus, malus inde: sed his tu parce moveri,

nec cursu desiste: pati mendacia disce
leniter. Haec vero tibi sint ante omnia curae:
non dictis tibi, non factis persuadeat alter,
ut dicas, facias, quod rectius esset omitti.
Quae nocitura cave: sint consilia ante labores.

V. 27. Tit. III. et IV.

Consilio factum praevortere, ne quid aberres.
Turpia patratu patrare, nefanda profari,
ignari est: fac tu, nequeant quae facta dolere,
et quod non calles nihil incipe: disce quod usus
exigit: haec vitam tibi sunt paritura beatam.

V. 32. Tit. V. et CI.

Corporis interea nunquam contemne salutem.
Sit modus in potu, dapibus, duroque labore:
quod doleat vitare, modus, me iudice, verus.
delicias arce, contentus simplice victu.

ALITER.

Est modus, hunc serva, potus, dapis, atque laborum:
quem si nosse cupis, modus est, nocitura cavere.
esto tibi non lauta nimis, non sordida mensa.

V. 37. Tit. XV.

Intempestivos sumtus fuge; nec tamen esto
sordidus. In cunctis rebus modus optima res est.

V. 40. Tit. III.

Nec prius in dulcem declines lumina somnum,
quam bene perpendas ter totius acta diei,
quo praetergressus, quid gestum in tempore, quid non,

lucis ab exortu supremam ad vesperis horam.
Tristitiam curvis impende, et gaudia rectis.

V. 47. Excerpt. de R. N. Tit. XIII.

Per qui Bisgeminum nostrae orsus tradere menti,
naturae aeternae fontem.

V. 54. Tit. IV.

Nonne vides, ut sponte sua sibi quisque ruinam
arcessant? miser heu, bona qui vicina nec audit,
nec videt. Effugium pauci novere malorum,

ΦΩΚΥΛΙΔΟΥ

ΕΤΕΡΟΥ Η ΨΕΥΔΩΝΥΜΟΥ

ΠΟΙΗΜΑ ΝΟΥΘΕΤΙΚΟΝ.

Μήτε γαμοκλοπέειν, μήτ' ἄρσενα Κύπριν ὀρίνειν,
μήτε δόλους ῥάπτειν, μήθ' αἵματι χεῖρα μιαίνειν.
μὴ πλουτεῖν ἀδίκως, ἀλλ' ἐξ ὁσίων βιοτεύειν.

Carmen *νουθετικὸν*, quod PHOCYLIDIS mentitur nomen, Christiani est alicuius, qui sub finem quarti saeculi vixisse videtur. Ios. Scaligeri de eo iudicium, *nullius veterum carmen exstare, quod cum illo aut elegantia, aut nitore, aut cultu verborum conferri possit*, eruditorum multorum, quibus vereor ut possim assentiri, calculo comprobatum fuit. Quanto autem maioribus poëtam hunc laudibus extulissent, si tanto nitidius redditum legissent illius opus, tot deletis maculis, quas vel codicum ope vel certis coniecturis sustulimus!

BRUNCK.

Ad hoc carmen amicissime communicavit nobiscum Imm. Bekkerus diversitatem scripturae perquam diligenter enotatam e Codicibus Mutinensi et Vaticano, de quibus vide viri praestantissimi praefationem ad Theognidis Elegos. Ambo Codices inscriptionem habent hanc: *φωκυλίδου φιλοσόφου ποίησις ὠφέλιμος*, carmenque ordiuntur his versibus:

ταῦτα δικης οσιῃσι θεοῦ βουλευματα φαινει
φωκυλιδης ανδρων ὁ σοφωτατος ολβια δωρα.

Bekkerus: „cf. Villoison. Anecd. 2. p. 79." it. Gaisford. p. 446. b.

ἀρκεῖσθαι παρεοῦσι, καὶ ἀλλοτρίων ἀπέχεσθαι.
5 ψεύδεα μὴ βάζειν, τὰ δ' ἐτήτυμα πάντ' ἀγορεύειν.
Πρῶτα θεὸν τίμα, μετέπειτα δὲ σεῖο γονῆας.
πᾶσι δίκαια νέμειν, μηδὲ κρίσιν ἐς χάριν ἕλκειν.
μὴ ῥίψῃς πενίην· ἀδίκως μὴ κρῖνε πρόσωπον.
ἢν σὺ κακῶς δικάσῃς, σὲ θεὸς μετέπειτα δικάσσει.
10 μαρτυρίην ψευδῆ φεύγειν· τὰ δίκαι' ἀγορεύειν.
παρθενίην τηρεῖν· ἀγάπην δ' ἐν πᾶσι φυλάσσειν.
μέτρα νέμειν τὰ δίκαια, καλὸν δ' ἐπίμετρον ἅπασι.
σταθμὸν μὴ κρούειν ἑτερόζυγον, ἀλλ' ἴσον ἕλκειν.
μήτ' ἐπιορκεῖν, μήτ' ἀγνοίῃ, μήτε ἑκοντί·
15 ψεύδορκον στυγέει θεὸς ἄμβροτος ὅστις ὀμόσσει.

4. παρ' ἑοῖσι Vat. et pro καὶ habet τῶν.

εν

7. πάντα δ. νέμων Vat. Tum Mut. μηδ' εις κρισιν χαριν. Pro ἕλκειν Vat. ἕλκε.

8. ἀδικως μὴ λαβη Mut. Verbo λαβη superscriptum κρῖνε: idemque in margine notatum. Librarius reluctanti versui obtrusit quod in Novo Foedere legerat.

10. δίκαια βραβεύειν Mut. Idem habet Vat., adscriptâ pro γρ. vulgatâ.

11. ἀγάπην δ' ἐν πᾶσι φυλάσσειν, *et in omnibus charitatem observa.* Veram hanc lectionem servavit unus e Regiis codicibus. In impressis legitur πίστιν. Utraque huius versus pars, qua verba, qua sententiam, Christianum auctorem manifesto arguit. Brunck. πίστιν δ' Mut. Idem habet Vat., adscriptâ pro γρ. vulgatâ.

ἅπασι

12. ἅπαντων Mut. απαντα Vat.

14. μήτ' ἐπιορκεῖν, μήτ' ἀγνοίῃ, μήτε ἑκοντί. Sic unus e Reg. codd. In impressis legitur, μήτ' ἐπιορκήσῃς, μήτ' ἀγνὼς, μήτε ἑκοντί. Brunck. ἐπιορκησησ Mut. et Vat. — μητ' εναγνως Mut. (ως ex corr.: spatium tantum, ut plures litteras capiat.) ἀγνὼς Vat. Pius poëta si etiam auribus consulere voluit, versum dedit uti ante Brunckium legebatur.

15. ὅστις ὀμόσσει. Sic bene duo codd. Vulgo ὀμόσσῃ· Meliorem etiam lectionem alter eorum dedit in seq. v· ὅστις ἕληται. Vulgo ὅστις ἀρεῖται. Brunck. ὀμόσσῃ re-

σπέρματα μὴ κλέπτειν· ἐπαράσιμος, ὅστις ἕληται.
μισθὸν μοχθήσαντι δίδου· μὴ θλῖβε πένητα.
γλώσσῃ νοῦν ἐχέμεν· κρυπτὸν λόγον ἐν φρεσὶν ἴσχειν.
μήτ' ἀδικεῖν ἐθέλῃς, μήτ' οὖν ἀδικοῦντα ἐάσῃς.
πτωχῷ δ' εὐθὺ δίδου, μηδ' αὔριον ἐλθέμεν εἴπῃς.
πληρώσας σέο χεῖρ', ἔλεον χρῄζοντι παράσχου.
ἄστεγον εἰς οἶκον δέξαι, καὶ τυφλὸν ὁδήγει.
ναυηγοὺς οἴκτειρον, ἐπεὶ πλόος ἐστὶν ἄδηλος.
χεῖρα πεσόντι δίδου· σῶσον δ' ἀπερίστατον ἄνδρα.
κοινὰ πάθη πάντων· ὁ βίος τροχός· ἄστατος ὄλβος.
πλοῦτον ἔχων, σὴν χεῖρα πενητεύουσιν ὄρεξον·
ὧν σοι ἔδωκε θεός, τούτων χρῄζουσι παράσχου.
ἔστω κοινὸς ἅπας ὁ βίος, καὶ ὁμόφρονα πάντα.
Τὸ ξίφος ἀμφιβαλοῦ, μὴ πρὸς φόνον, ἀλλ' ἐς ἄμυναν·
εἴθε δὲ μὴ χρῄζοις μήτ' ἔννομα, μήτ' ἀδίκως γε.
ἢν γὰρ ἀποκτείνῃς ἐχθρὸν σέο, χεῖρα μιαίνεις.

cte habebat: mirerisque displicuisse Brunckio, qui seq. v. perspecte praetulerit ἕληται.

20. εὐθὺ δίδου. In duobus codd. εὐθύς, quod non patitur metrum, sed linguae proprietas flagitat. Peccavit pius auctor huius carminis: εὐθὺ non adhibetur ἐπὶ χρόνου. Brunck.

21. πληρώσει Mut. πληρώσειν Vat.

24. δ' deest in Mut.

26. πενητεύοντι Mut.

27. ὅν σ. ἔ. θ. πλοῦτον Vat.

29. επ' αγαλμα ex corr. Mut. Graecis superscripta Latina: in ornamentum. Vulgatam esse genuinam sequentia docent: nataque illa correctio ex religione lectoris omnem caedem, etiam coactam, omnino improbantis. — Post v. 29. Vat. hunc habet:

αἷμα δὲ μὴ φαγέειν· εἰδωλοθύτων ἀπέχεσθαι.

30. μήτ' ἄνομα τόδε παθεῖν Vat., adscriptâ pro γρ. vulgatâ. μὴ χρ. deest in eod. χρῄζῃς Mut. δικαίως pro ἀδίκως γε Mut. et Vat.

31. Malim ante σέο interpunctum.

Ἀγροῦ γειτονέοντος ἀπόσχεο, μηδ' ἄρ' ὑπερβῇς.
μηδέ τιν' αὐξόμενον καρπὸν λώβησον ἀρούρης.
Ἔστωσαν ὁμότιμοι ἐπήλυδες ἐν πολιήταις·
πάντες γὰρ πενίης πειρώμεθα τῆς πολυπλάγκτου·
χώρη δ' οὔ τι βέβαιον ἔχει πέδον ἀνθρώποισι.

32. Post hunc versum legitur in impressis versus qui infra est 64. quemque sic vulgares huius carminis editiones bis exhibent; codices semel tantum; duo hoc loco; tertius in posteriore. Brunck. ἀποσχον Mut. ἂν Vat. Post v. 32. ambo habent (64.):

παντων μετρον αριστον ὑπερβασίαι δ' ἀλεγειναι.

Tum Vat.:

χρήστης ὀνήσιμος εστι φιλον δ' αδικῶν ανόητος.

Librarius dare debuit:

χρηστὸς ὀνήσιμός ἐστι, φίλον δ' ἀδικῶν ἀνόητος.

33. λωβηση Mut. et Vat. Activum in classicis vix reperies. Quod si scripseris λωβήσῃ, consules Graecitati: sin servandam censueris vulgatam, ut in tali scriptore tolerabilem, (compares ἐξακέσας supra Pythagoricorum v. 66.) notabis hoc exemplum constructionis particulae vetantis cum imperativo aoristi, de qua constructione post alios monui ad Gregor. Corinth. p. 16. Aeschylus S. c. Theb. 1038. Blomf. μὴ δοκησάτω τινί. (Sed mox v. 1042. ex regula μηδέ τῳ δόξῃ πάλιν.) Sophocles Ai. 1334. Brunck. μηδ' ἡ βία σε μηδαμῶς νικησάτω. Leonidas Tarentinus in Antholog. Palat. T. II. p. 28. n. 79. v. 4. Λυκούργειος μὴ λαθέτω σε τύχη. Ipse Pseudo-Phocylides infra v. 79. μηδέ τις — ἑλέσθω. In Pseudo-Menandri versibus Eusebius Praepar. E. p. 683. B. Viger. habet μηδὲ βελόνης — ἐπιθύμησον. sed Clemens Alex. p. 720. sq. Pott. μηδὲ βελόνης — ἐπιθυμήσῃς. Xenophon Cyrop. VIII, 6, 12. μήτε αὐτοί ποτε ἄπονοι σῖτον παράθεσθε. ubi Schneiderus nuper dedit παραθῆσθε. Non reprehendo: quanquam Xenophontem non abhorruisse a rariori illa structura arguit quod legitur ibid. cap. 7. §. 26. μηδεὶς ἔτ' ἀνθρώπων τοῦμὸν σῶμα ἰδέτω. Demosthenes T. I. p. 585, 7. μὴ τοίνυν μηδ' ἐμέ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, πρόεσθε τούτῳ. ubi tamen al. πρόησθε. Aeschines p. 182. Reisk. μὴ οὖν εἰς ἀθρόους, ἀλλ' εἰς ἕνα ἀποσκήψατε. Idem p. 447. μήτε ἀπογνώτω μηδέν, μήτε καταγνώτω. Lucianus T. I. p. 320. Hemst. μὴ γὰρ ἀπολέσθω μήτε αὐτὴ, μήτε τὸ παιδίον.

36. χώρης Mut. et Vat.

Ἡ φιλοχρημοσύνη μήτηρ κακότητος ἁπάσης.
χρυσὸς ἀεὶ δόλος ἐστὶ καὶ ἄργυρος ἀνθρώποισι.
χρυσὲ, κακῶν ἀρχηγὲ, βιοφθόρε, πάντα χαλέπτων,
40 εἴθε σε μὴ θνητοῖσι γενέσθαι πῆμα ποθεινόν.
σοῦ γὰρ ἕκητι μάχαι τε, λεηλασίαι τε, φόνοι τε,
ἐχθρὰ δὲ τέκνα γονεῦσιν, ὠδελφειοί τε συναίμοις.
Μήθ' ἕτερον κεύθοις κραδίῃ νόον, ἄλλ' ἀγορεύων·
μηδ', ὡς πετροφυὴς πολύπους, κατὰ χῶραν ἀμείβου.
45 Οστις ἑκὼν ἀδικεῖ, κακὸς ἀνήρ· ἀλλ' ὑπ' ἀνάγκης,
οὐκ ἐρέω τὸ τέλος· βουλὴ δ' εὐθύνεθ' ἑκάστου.

39 — 42. citantur in Etymol. M. c. 321, 44. sqq.

40. σε deest in Mut. — εἴθε h. l. infinitivo iungitur: quae constructio perrara est. V. Iacobs. ad Antholog. Palat. p. 519. Euripid. Hel. 270. sq.

εἴθ' ἐξαλειφθεῖσ', ὡς ἄγαλμ', αὖθις πάλιν
αἴσχιον εἶδος ἀντὶ τοῦ καλοῦ λάβω.

Coniunctivum λάβω in formula optandi nemo non miretur. Musgravius ad h. l. p. 444. b.: „MSS. E, G. λαβεῖν, adscripto tamen λάβω, ut variâ lectione." Hunc infinitivum genuinum puto.

41. σεῦ Vat. Ita etiam Etymol. M. l. c., qui sequ. v. pro συναίμοις vitiose habet σύναιμοί τ'.

43. κεύθης Mut. et Vat. Conf. Brunck. ad v. 46. Verum est κεύθῃς. Huius constructionis exemplorum quod satis sit ad eam tutandam e posteriorum temporum poëtis Iacobsius et ego citavimus ad Antholog. Palat. p. 735. Infra v. 65. olim non male ediderunt μὴ φθονέῃς. V. 91. omnes habent μηδὲ — μινύθῃς. Add. v. 19. Sed in Aeschine p. 544. Reisk. μὴ τρόπαιον ἱστᾶτε sine cunctatione mutandum in μὴ τρ. ἵστατε.

44. Post h. v. in ambobus codd. hic sequitur:

πασιν δ' ἁπλόος ἴσθι, τὰ δ' ἐκ ψυχῆς ἀγόρευε.

V. Sylburg. ad h. l. — Pro χῶραν malim χῶρον.

46. βουλὴ δ' εὐθύνεθ' ἑκάστου. Haec est trium codd. scriptura. In impressis βουλὴν δ' εὔθυνε ἑκάστου, nullo, aut pravo sensu. Alias minoris momenti varietates, si quas forte silentio praeteream, sciat tamen lector, eas

Μὴ γαυροῦ σοφίῃ, μήτ' ἀλκῇ, μήτ' ἐνὶ πλούτῳ.
εἷς θεός ἐστι σοφὸς, δυνατός θ' ἅμα, καὶ πολύολβος.
Μηδὲ παροιχομένοισι κακοῖς τρύχου τεὸν ἦτορ·
50 οὐκ ἔτι γὰρ δύναται τὸ τετυγμένον εἶναι ἄτυκτον.
Μὴ προπετὴς ἐς χεῖρα, χαλίνου δ' ἄγριον ὀργήν·
πολλάκι γὰρ πλήξας ἀέκων φόνον ἐξετέλεσσεν.
Ἔστω κοινὰ πάθη· μηδὲν μέγα, μηδ' ὑπέρ-
οπλον.
οὐκ ἀγαθὸν πλεονάζον ἔφυ θνητοῖσιν ὄνειαρ·
55 ἡ πολλὴ δὲ τροφὴ πρὸς ἀμέτρους ἕλκει ἔρωτας·
ὑψαυχεῖ δ' ὁ πολὺς πλοῦτος, καὶ ἐς ὕβριν ἀέξει.
Θυμὸς ὑπερχόμενος μανίην ὀλοόφρονα τεύχει·
ὀργὴ δ' ἐστὶν ὄρεξις· ὑπερβαίνουσα δὲ, μῆνις.
Ζῆλος τῶν ἀγαθῶν, ἐσθλός· φαύλων δὲ,
κακοῦργος.

codicum fide niti. Sic quod v. 43. dedi μήθ' ἕτερον κεύθοις, idoneum habet fideiussorem. Si quid ipse meo solius arbitrio mutaverim, id sedulo monebo. Brunck. βούλην Mut. et Vat. δ' habet Mut. a manu secunda. Deinde εὔθυν' ἐς, ut videtur, Mut. sed εὔθυνον Vat.

47. ἐνὶ πλούτῳ. Malim ἐπὶ πλ. — 48. εἷς. i. e. μόνος.

49. κακὸν pro τεὸν Vat. Deinde ἦπαρ Mut. ἦμαρ Vat., adscripto pro γρ. ἦπάρ.

50. ἄτυκτον. Vat.: γρ. ἄτεκτον.

51. προπετεῖς Mut. Subaudi ἴσθι: cuius ellipsis pauca exempla reperies. Homerus Il. XIII. 95. αἰδὼς, Ἀργεῖοι. Heynius ad h. l. T. VI. p. 387.: „Schol. A. λεῖπει τὸ ἔσω. leg. τὸ ἔστω." — Pro ὀργὴν idem codex habet αρην, superscriptâ latinâ interpretatione *pugnam*.

52. ἐξετέλεσσεν. Sic duo codd. et editiones aliquot; plures aliae ἐξετέλεσσας. Optimum esset: πολλάκις ὁ πλήξας ἀέκων φόνον ἐξετέλεσσεν. Brunck. εξετελεσας Mut. εξετέλεσσας Vat.

55. ἡ πολλὴ δὲ τροφή. Sic codd. et Stobaeus. Ex Aldina editione in alias manavit τρυφή. Brunck. Articulus ἡ deest in Mut. τρυφὴ idem. τροφὴ Vat. Tum ἕλκει' Mut. ἔρχει' Vat.

59. Vulgo legitur φαύλων δ' ὑποεργὸς, mendose, ut H.

60 τόλμα κακῶν, ὁλοή· μέγ' ὀφέλλει δ' ἐσθλὰ πονεῦντας.
σεμινὸς ἔρως ἀρετῆς, ὁ δὲ Κύπριδος αἶσχος ὀφέλλει.
ἡδὺς ἀγανόφρων κικλήσκεται ἐν πολίταις.
μέτρῳ μὲν φαγέειν, πίνειν καὶ μυθολογεύειν.
πάντων μέτρον ἄριστον, ὑπερβασίαι δ' ἀλεειναί.
65 Μὴ φθονέσῃς ἀγαθῶν ἑτάροις, μὴ μῶμον ἀνάψῃς.
ἄφθονοι Οὐρανίδαι καὶ ἐν ἀλλήλοις τελέθουσιν.
οὐ φθονέει μήνη πολὺ κρείσσοσιν ἠλίου αὐγαῖς·

Stephano etiam visum est, Thes. T. I. col. 1233. Aut scripsit, aut scribere debuit pius auctor carminis, φαύλων δὲ, κακοῦργος. Brunck. ὑπερογκος pro δὲ κακ. Mut. πονηρὸς, γρ. ὑποεργὴς Vat.

60. πονεῦντα Mut.

62. ἀγανόφρων. Efferenda haec vox, tanquam si scriptum esset ἀγαννόφρων. Vide not. ad Simonidis II. 100. Prava est unius codicis lectio ἡδὺς δ' ἀγανόφρων. Haud parca manu istud δὲ inferserunt librarii. Paulo infra e melioribus libris edidi μὴ φθονέσῃς ἀγαθῶν ἑτάροις; ubi legebatur antea, μὴ φθονέῃς δ' ἀγαθῶν. In seq. v. multas editiones putida insidet menda, πιεῖν pro πίνειν. Brunck. ἀγαννόφρων Mut.

εδειν δε

63. μέτρῳ φαγειν μετρω πιειν (ιε ex corr.) Mut. δε illud a manu secunda superscriptum est. In Vat. initium versus evanuit: post habet φαγεῖν, μέτρω δὲ π. Igitur fuisse videntur qui versum sic concinnandum putarent:

μέτρῳ ἔδειν, μέτρῳ δὲ πιεῖν καὶ μυθολογεύειν.

64. ἀλεειναί. Adiectivum ἀλεεινὸς bis in Lexicis legitur: semel, ab ἀλέα ductum, ut sit *calidus, tepidus;* iterum, derivatum ab ἀλεείνω, significansque *vitandus, fugiendus.* Illud graecum est: hoc barbarum. Nusquam enim repertum est nisi in hoc Pseudo-Phocylidis loco, ubi alii libri dant genuinum ἀλεγειναί. V. supra ad v. 32. In Gaisfordi Poëtis minor. e cod. Barocc. enotatum video ὑπερβασίην δ' ἀλέεινε. Haec origo inepti illius ἀλεειναί.

65. φθονέοις Mut. Al. φθονέῃς (v. Brunck. v. 62.), quod non repudiem. V. ad v. 43.

οὐ χθὼν οὐρανίοις ὑψώμασι, νέρθεν ἐοῦσα·
οὐ ποταμοὶ πελάγεσσιν· ἀεὶ δ' ὁμόνοιαν ἔχουσιν.
70 εἰ γὰρ ἔρις μακάρεσσιν ἔην, οὐκ ἂν πόλος ἔστη.
Σωφροσύνην δ' ἀσκεῖν, αἰσχρῶν δ' ἔργων ἀπέχεσθαι.
μὴ μιμοῦ κακότητα, Δίκῃ δ' ἀπόλειψον ἄμυναν.
πειθὼ μὲν γὰρ ὄνειαρ· ἔρις δ' ἔριν ἀντιφυτεύει.
μὴ πίστευε τάχιστα, πρὶν ἀτρεκέως πέρας ὄψει.
75 νικᾶν εὖ ἔρδοντας ἐπὶ πλεόνεσσι καθήκει.
Καλὸν ξεινίζειν ταχέως λιταῖσι τραπέζαις,
ἢ πλείσταις θαλίαισι βραδυνούσαις παρὰ καιρόν.
Μηδέποτε χρήστης πικρὸς γένῃ ἀνδρὶ πένητι.
μηδέ τις ὄρνιθας καλιῆς ἅμα πάντας ἑλέσθω·
80 μητέρα δ' ἐκπρολίποις, ἵν' ἔχῃς πάλι τῆσδε νεοσσούς.
Μηδέποτε κρίνειν ἀδαήμονας ἄνδρας ἐάσῃς·
τὴν σοφίην σοφὸς ἰθύνει, τέχνην δ' ὁμότεχνος.

71. Prius δ' omittit Vat. quod placet. V. Brunck. ad v. 62.

72. *δίκῃ δ' ἀπόλειψον ἄμυναν.* Sic optime in uno cod. scriptum. *Sed iustitiae relinque vindictam.* Vulgo *ἀπάλειψον*, quod ut inscitum est, ita insulse verti debuit: *sed iure abole vindictam.* Brunck. *ἀπάλειψον* Vat.

73. *ὄφελλος* pro *ὄνειαρ* Mut. et Vat.

75. *ἔρδοντα* Vat.

77. *ἢ πλείσταις θαλίαισι.* Absurde vulgo legitur *ἢ πλείσταις δολίαισι.* Vere *θαλίαι*, *opiparae*, *lautae epulae*, opponuntur *λιταῖσι τραπέζαις*, quae etiamsi sint tenuissimae, tamen subdolae esse possunt. Brunck. *δολίαις* Mut. *βραδ. δουλείαις* Vat.

78. *πικρὸς* deest in Vat.

80. *αὐτοῦσδε ν.* Vat. Scilicet scribi debuit *αὖ τῆσδε ν.*

82. *τέχνην.* Vulgo *τέχνας.* Inter hunc et praecedentem versum insertus est iste in uno codice:

μηδὲ δίκην δικάσῃς, πρὶν ἄμφω μῦθον ἀκούσῃς.

Scriptum oportuit *πρὶν ἂν ἀμφοῖν.* [*ἄμφω* etiam in genitivo dici, non fugit Brunckium, cum scriberet adnotationem ad Apollon. Rhod. I. 1169. V. Ruhnken. ad Homer. Hymn. in Cerer. v. 15.] Sed longe antiquior est versus

οὐ χωρεῖ μεγάλην διδαχὴν ἀδίδακτος ἀκούειν·
οὐ γὰρ δὴ νοέουσ' οἱ μηδέποτ' ἐσθλὰ μαθόντες.
85 Μηδὲ τραπεζοκόρους κόλακας ποιεῖσθαι ἑταίρους.
πολλοὶ γὰρ πόσιος καὶ βρώσιός εἰσιν ἑταῖροι,
καιρὸν θωπεύοντες, ἐπὴν κορέσασθαι ἔχωσιν·
ἀχθόμενοι δ' ὀλίγοις καὶ πολλοῖς, πάντες ἄπλησοι.
Λαῷ μὴ πίστευε· πολύτροπός ἐστιν ὅμιλος·
90 λαός τοι, καὶ ὕδωρ, καὶ πῦρ, ἀκατάσχετα πάντα.
Μηδὲ μάτην ἐπὶ πῦρ καθίσας μινύθῃς φίλον ἦτορ.
μέτρα δὲ τεῦχε θεοῖσι· τὸ γὰρ μέτρον ἐστὶν ἄριστον·
Γαῖαν ἐπιμοιρᾶσθαι ἀταρχύτοις νεκύεσσι.
μὴ τύμβον φθιμένου ἀνορύξῃς, μηδ' ἀθέατα
95 δείξῃς ἠελίῳ, καὶ δαιμόνιον χόλον ὄρσῃς.
οὐ καλὸν ἁρμονίην ἀναλυέμεν ἀνθρώποιο.

ille auctore huius carminis. Ad eum adludit Aristophanes in Vespis 725.

ἤπου σοφὸς ἦν, ὅστις ἔφασκεν· Πρὶν ἂν ἀμφοῖν μῦθον ἀκούσῃς,
οὐκ ἂν δικάσαις.

Laudatur etiam a Plutarcho in libro de Stoicorum repugnantiis p. 1054. E. Brunck. Add. not. Brunck. ad v. 190. εὐθύνει τέγνας Mut. et Vat.

83. ἀκοὴ Mut.

90. τοι deest in Vat.

94. φθιμένων Mut. et Vat.

96. ἁρμονίην ἀναλυέμεν ἀνθρώποιο, *humanum cadaver dissecare:* quod faciunt, utinamque facerent saepius adhuc et curiosius medendi artis studiosi. Manca enim esse debet Medicina absque perfectissima interiorum corporis humani partium cognitione. Sed iuxta christianam disciplinam temporis quo vixit auctor huius carminis, grande piaculum erat illa humani cadaveris dissectio, ob rationem quam ipse subdit, nempe quia corpora olim in lucem vitamque rursus proditura sunt. Haeret etiam-

καὶ σάγα δ' ἐκ γαίης ἐλπίζομεν ἐς φάος ἐλθεῖν
λείψαν' ἀποιχομένων· ὀπίσω δὲ θεοὶ τελέθονται.
ψυχαὶ γὰρ μίμνουσιν ἀκήριοι ἐν φθιμένοισι.
πνεῦμα γάρ ἐστι θεοῦ χρῆσις θνητοῖσι καὶ εἰκών·
σῶμα δ' ἄρ' ἐκ γαίης ἔχομεν, καὶ πᾶν τόδ' ἐς αὐτὴν
λυόμενον κόνις ἐστίν· ἀὴρ δ' ἀνὰ πνεῦμα δέδεκται.
Πλούτου μὴ φείδου· μέμνησ' ὅτι θνητὸς ὑπάρχεις.
οὐκ ἔν' ἐς Αἰδην ὄλβον ἔχειν, καὶ χρήματ' ἄγεσθαι.
πάντες ἴσοι νέκυες· ψυχῶν δὲ θεὸς βασιλεύει.
κοινὰ μέλαθρα δόμων αἰώνια, καὶ πατρὶς Αἰδης·
ξυνὸς γῶρος ἅπασι, πένησί τε καὶ βασιλεῦσιν.
οὐ πολὺν ἄνθρωποι ζῶμεν χρόνον, ἀλλ' ἐπὶ καιρόν·
ψυχὴ δ' ἀθάνατος καὶ ἀγήρως ζῇ διὰ παντός.
Μήτε κακοῖς ἄχθου, μήτ' οὖν ἐπαγάλλεο χάρμῃ.
πολλά τοι ἐν βιότῳ καὶ θαρσαλέοισιν ἄπιστα.

num piaculi illius horror plebeculae animis. Hinc est quod saepe in nosocomiis videmus pauperes homines extremam animam aegre ducentes nihil tam anxie a circumstantibus flagitare, quam ut integri condantur humo, neu chirurgis reliquiae suae tradantur. Brunck.

98. τε Mut.

101. Pessimum in modum depravati sunt in libris hi versus, quorum sinceram lectionem restituimus. Vulgo legitur, καὶ πάντες ἐς αὐτὴν λυόμενοι κόνις ἐσμέν. In codd. vero, ut in Aldina editione, καὶ πάντα πρὸς αὐτήν. Brunck. γὰρ Mut. et Vat. Deinde καὶ πάντα πρὸς Vat. sed κἄπειτα πρὸς Mut.

102. λυόμενοι κόνις ἐσμὲν Mut. et Vat.

103. πλούτω μὴ γαυροῦ Mut.

105. ἴσον Mut. et Vat. locantes hunc versum post 106.

106. μὲν ἄρθρα Mut. Idem τε δόμων δὴ pro δ. αἰώνια.

107. καινὸς Vat.

108. ἐπίκηρον Vat.

110. ἐπαγάλλεο Vat.

111. πολλά τοι ἐν βιότῳ καὶ θαρσαλέοισιν ἄπιστα. In codd. omnibus scriptura penultimae vocis eadem est quae hic. Idem v. 80. νεοσσοὺς praestant, non νεοττούς. Sed mi-

καιρῷ λατρεύειν, μηδ' ἀντιπνέειν ἀνέμοισι.
πῆμα, καὶ ἀχθομένοισι κακοῦ λύσις ἤλυθεν ἄφνω.
Μὴ μεγαληγορίῃσι τρυφῶν φρένα λυσσωθείης.
115 εὐεπίην ἀσκεῖν, ἤ τις μάλα πάντας ὀνήσει.
ὅπλον τοι λόγος ἀνδρὶ τομώτερόν ἐστι σιδήρου.
ὅπλον ἑκάστῳ νεῖμε θεός· φύσιν ἠερόφοιτον

nuta sunt haec et vix animadversione digna. Maioris momenti mutationem in hoc versu feci, qui sic vulgo legitur: πολλάκις ἐν βιότῳ καὶ θαῤῥαλέοισιν ἄπιστον. In uno codice reperi ἄπιστοι. Brunck. πολλάκις ἐν Mut. et Vat. Deinde θαρσαλέ' εἰσιν Vat. Extremo versu ἄπιτον Mut.

112. Bekkerus: „Lobeck. ad Sophocl. Aiac. p. 390." ubi vir egregius: „— ἀντιπλέειν — Phocylidae redhibendum videtur Nuth. v. 112.

Καιρῷ λατρεύειν, μηδ' ἀντιπλέειν ἀνέμοισι.

pro ἀντιπνέειν, cui nihil loci hic esse potest." Sed quidni de labore irrito recte dicatur *flare contra ventos?* quod magis etiam inepte fit, quam *navigare contra ventos*, quandoquidem vel adversis ventis remorum auxilio navis propellitur.

113. πῆ γὰρ ἀχθ. Mut.

114. μὴ μεγαληγορίῃσι τρυφῶν. Sic optime unus cod. quod absque eo etiam facile reponi poterat et debebat. Nam primam in τρυφᾶν nullibi non correptam reperies: et quantitatem syllabarum profecto non ignoravit auctor huius carminis. Mendose ad hanc diem editum fuit, μὴ μεγαληγορίῃ τρυφῶν. Brunck. μεγαληγορίῃ Mut. et Vat.

117. Ineptissima est horum versuum in impressis omnibus lectio et distinctio. Particulam μὲν insertam post ὄρνισι non agnoscit unus cod. eamque respuit metri lex. Nullus enim est poëta, ne pessimus quidem, qui mediam in ὄρνισι corripuerit. Deus dedit avibus φύσιν ἠερόφοιτον, quam *naturam aëriam* latina versio iuxta depravata Graeca per adpositionem coniungit cum ὅπλον. Leonibus dedit *celeritatem et robur;* quod verum est. Nulla enim fera est quam leo cursu non adsequatur. Sequitur taurinum genus, in quo phrasin variat poëta: ταύροις δ' αὐτόχυτον κέρας ἐστί. Vulgo legitur sine ullo sensu: ταύροις δ' αὐτοχύτοις κεράεσσι. Sic etiam scriptum est in Stobaei codice. Carminis huius codices alii habent ταύροις, alii ταύρους. Grotius dedit: ταύροις δ'

ὄρνισι· πολλὴν ταχυτῆτ' ἀλκήν τε λέουσι·
ταύροις δ' αὐτόχυτον κέρας ἐστίν· κέντρα μελίσσαις,
120 ἔμφυτον ἄλκαρ, ἔδωκε· λόγος δ' ἔρυμ' ἀνθρώποισι.
τῆς δὲ θεοπνεύστου σοφίης λόγος ἐστὶν ἄριστος.
βέλτερος ἀλκήεντος ἔφυ σεσοφισμένος ἀνήρ.
ἀγρούς καὶ πόλιας σοφίη καὶ νῆα κυβερνᾷ.
Οὐχ ὅσιον κρύπτειν τὸν ἀτάσθαλον ἄνδρα ἄδεικτον·

αὐτοφυῶς κέρα ἐσσίν. Praestitisset meo indicio, ταύροις δ' αὐτοφυῆ κέρατ' ἐστίν. Probabilior est nostra emendatio, quae veteris scripturae vestigiis propius insistit. Brunck. ἱερόφυτον Vat.

118. Bekkerus: „In margine exemplaris Gnomicorum, quod Buttmanni est, ad πολλὴν adscriptum vidi πώλοις." Probabilem hanc correctionem ut viri docti Buxovillensis (Seyboldi, ni fallor) inventum prodidit et merito laudavit Brunckius in notis ad Anacreontis Carmina p. 78. ed. Lips. Sed dudum ita emendaverat praestantissimus Sylburgius. Gaisfordus: „ὄρνησι πολλοῖς Bar. unde vera videtur — Sylburgii coniectura." Alibi quoque hanc vocem librarii depravarunt. Iamblichus de Pythag. vit. c. 31. §. 204. τόν τε σκύλακα καὶ τὸν παῖδα. Legendum esse — καὶ τὸν πῶλον, monui in editione Kiesslingii p. 415. Conf. Bast. ad Gregor. Cor. p. 320. sq.

119. δ' deest in Vat. Deinde αὐτοχύτως habent ambo codd. κεράεσσι Mut. κέρατα καὶ Vat.

120. λόγων δε ὅς εστιν ἄριστον Mut. λόγον δε ὅς εστιν ἄριστος Vat.

121. Hic versus deest in Mut. Lacunae, qua Vaticanum carere miror, causa manifesta est: simulque apparet, unde orta sit diversitas scripturae in praecedente versu. Scilicet librarii oculus a priori λόγος aberravit ad posterius.

124. ἄδεικτον. Lectionem codicis unde hoc sumsi, parumper depravatam sic restitui: in eo enim scriptum ἄδεκτον. De facinoroso quando dicitur δεικνύειν, valet *indicare, dénoncer.* ἄδεικτος, *is qui non indicatur.* Male vulgo ἄτιτον. Brunck. ἀνδρ' ἀνάδεκτον Vat. ἄδεκτον Mut. Vaticani scriptura vera videtur. Vetat poeta scelestum hominem ἀναδέχεσθαι καὶ κρύπτειν. Cf. v. 127. 128.

125 ἀλλὰ χρὴ κακοεργὸν ἀποτροπάασθαι ἀνάγκῃ.
πολλάκι συνθνήσκουσι κακοῖς οἱ συμπαρεόντες.
Φωρῶν μὴ δέξῃ κλοπίμην ἀνδρῶν παραθήκην·
ἀμφότεροι κλῶπες, καὶ ὁ δεξάμενος, καὶ ὁ κλέψας.
Μοίρας παισὶ νέμειν· ἰσότης δ' ἐν πᾶσιν ἀρίστη.
130 Ἀρχόμενος φείδου πάντων, μὴ τέρμ' ἐπιδεύῃς.
μὴ κτήνους θνητοῖο βορὴν κατὰ μέτρον ἕλῃαι.
Κτῆνος δ' ἢν ἐχθροῖο πέσῃ καθ' ὁδὸν, συνέγειρον.
πλαζόμενον δὲ βροτὸν καὶ ἀλίτροπον οὐχ ὑπαλύξεις.

125. αποτροπασασθαι Vat.

127. κλοπίμων Mut. ἀδικων Mut. et Vat.

129. μοίρας παισὶ νέμειν. Nempe ἴσας. Sic scriptum est in uno cod. in alio μοῖραν παισί. At vulgo μοῖραν πᾶσι. Brunck. μοῖραν Vat. ἄριστον Mut. et Vat. Hunc versum sic legam.

Μοῖραν πᾶσι νέμειν· ἰσότης δ' ἐν πᾶσιν ἄριστον.

130. τέρμα adverbialiter perraro positum pro vulgari τέλος. — ἐπιδεύῃς. Poëta aut scripsit aut debuit scribere ἐπιδεύῃ: quod placet etiam H. Stephano Thes. T. I. col. 919. C. Nisi forte, cum Gaisfordus e Bar. ἐπιδευῆς enotaverit, duo hi versus iungendi et sic refingendi sunt:

Ἀρχόμενος φείδου πάντων, μὴ τέρμ' ἐπιδευῆς
καὶ κτήνους θνητοῖο βορὴν κατὰ μέτρον ἕλῃαι.

Quid sit βορὴν κτήνους θνητοῦ (i. e. θνησιμαίου) κατὰ μέτρον αἱρεῖσθαι, ante aliquot annos Lipsienses vidimus nauseabundi, quo tempore caro morticina restricte parceque pascebat τοὺς τοῦ ἀλάστορος στρατιώτας. κατὰ μέτρον, parce. Opp. ἀμέτρως, ἀμετρί. Suidas T. II. p. 546. Μέτρῳ ὕδωρ πίνοντες, ἀμέτρως (T. I. p. 137. ἀμετρὶ) μᾶζαν ἔδοντες.

132. κ' ἢν Vat. συνεγειρε Mut. συνέγειραι Vat.

133. Codd. plerique habent πλαζόμενον δὲ βροτὸν καὶ ἀλήμονα οὔποτ' ἐλέγξῃς. In seq. v. habent omnes ἀντ' ἐχθροῖο τυχεῖν φίλον εὐμενέοντα, quod reposui pro vulgato ἀντ' ἐχθροῦ τυχέειν φίλου εὐμενέοντος. Brunck. τῷ Mut. et Vat. οὔ ποτ' ἀλύξῃς Mut. δεῖ ποτ' ἀλεξεῖν Vat.

βέλτερον ἀντ' ἐχθροῖο τυχεῖν φίλον εὐμενέοντα.
135 ἀρχόμενον τὸ κακὸν κόπτειν, ἕλκος τ' ἀκέσασθαι.
μηδέ τι θηρόβορον δαίσῃ κρέας· ἀργίποσιν δὲ
λείψανα λεῖπε κυσίν· θηρῶν ἄπο θῆρες ἔδονται.
φάρμακα μὴ τεύχειν· μαγικῶν βίβλων ἀπέχεσθαι.
νηπιάχων ἁπαλῶν μὴ ἅψῃ χειρὶ βιαίᾳ.
140 φεῦγε διχοστασίας καὶ ἔριν, πολέμου προσιόντος.
μὴ κακὸν εὖ ἔρξῃς· σπείρειν ἴσον ἐστ' ἑνὶ πόντῳ.
Ἐργάζευ, μοχθῶν ὡς ἐξ ἰδίων βιοτεύῃς.
πᾶς γὰρ ἀργὸς ἀνὴρ ζώει κλοπίμων ἀπὸ χειρῶν.
μηδ' ἄλλου παρὰ δαιτὸς ἔδοις σκυβάλισμα τραπέζης·
145 ἀλλ' ἀπὸ τῶν ἰδίων βιότων φαγέοις ἀνύβριστα.
εἰ δέ τις οὐ δεδάηκε τέχνην, σκάπτοιτο δικέλλῃ.
ἔστι βίῳ πᾶν ἔργον, ἐπὰν μοχθεῖν ἐθέλῃσθα.

136. θηροφθόρον Vat.

137. ἔδονται. Sic codd. et primariae Editt. perperam in sequioribus ἔδωνται. In seq. v. codd. omnes μὴ τεύχειν: impressi male μὴ τεύχου. Brunck.

138. βιβλίων Vat.

139. νηπιάχων ἁπαλῶν μὴ ἅψῃ χειρὶ βιαίᾳ. Aldus edidit, νηπιάχοις ἁπαλοῖς μὴ μάρψῃ χεῖρα βιαίως. quod ne Graecum quidem est. Sylburgius μὴ μάρψῃς. In uno cod. reperi μὴ ἅψῃ, unde ad genuinam lectionem proclivi via perductus fui. Brunck. νηπιαχοις αταλοις μη μαψη χειρα βιαιως Mut., priori syllabae verbi μαψη superscripto ρ a manu secunda. νηπιαχοις ἀταλοῦ μη μάρψη χειρα βιαιως Vat. hunc versum infra post 193. positum habens.

140. διχοστασίας et secundo abhinc versu βιοτεύῃς codicis nituntur fide. Brunck. διχοστασίην Mut. et Vat.

142. βιοτεύσης Vat.

145. ἀλλ' ἀπὸ τῶν ἰδίων βιότων φαγέοις ἀνύβριστα. Quod Aldus edidit ἀπὸ τῶν οἰκείων, e glossemate est, observatumque a me fuit in uno codice. Ex alio elegantem poëticamque lectionem reposui, ἀνύβριστα. Neutrum est plurale adverbii vice. Vulgo ἀνύβριστος. Brunck. τοῦ ἰδίου βιότοιο Vat. φάγοις Mut. et Vat. ἀνυβρίστως Mut. Versum sic legi velim:

ἀλλ' ἀπὸ τοῦ ἰδίου βιότοιο φάγοις ἀνύβριστος.

146. σκάπτοιτο δικέλλῃ. Vetus est dictum. Unde qui

ναυτίλος εἰ πλώειν ἐθέλεις, εὐρεῖα θάλασσα·
εἰ δὲ γεωπονίην μεθέπειν, μακραί τοι ἄρουραι.
150 οὐδὲν ἄνευ καμάτου πέλει ἀνδράσιν εὐπετὲς ἔργον,
οὐδ' αὐτοῖς μακάρεσσι· πόνος δ' ἀρετὴν μέγ' ὀφέλλει.
μύρμηκες, γαίης μυχάτους προλελοιπότες οἴκους,
ἔρχονται βιότοιο κεχρημένοι, ὁππότ' ἄρουραι,
λήϊα κειράμεναι, καρπῶν πλήθουσιν ἁλωάς·
155 οἱ δ' αὐτοὶ πυροῖο νεοτριβὲς ἄχθος ἔχουσιν,
ἢ κριθῶν· αἰεὶ δὲ φέρων φορέοντα διώκει,
ἐκ θέρεος ποτὶ χεῖμα βορὴν σφετέρην ἐπάγοντες,
ἄτρυτοι· φῦλον δ' ὀλίγον τελέθει πολύμοχθον.

se excusabant, quod pravis artibus victum quaererent, dicebant, ut ille apud Comicum sycophanta:

τί γὰρ πάθω; σκάπτειν γὰρ οὐκ ἐπίσταμαι.

Brunck. τέχνης Mut.

148. πλόον Vat.

150. Hunc versum Apollini Milesio tribuit Scholiastes Hermogenis p. 377. V. Ruhnken. ad Xenophont. Memor. II, 1, 20. p. 227. Ern.

151. Deest hic versus in Mut.

153. βιότου Mut. et Vat.

154. κειράμεναι. passivâ significatione, ut in vulgatissimo illo, Ἡμετέραις βουλαῖς Σπάρτα μὲν ἐκείρατο δόξαν, de quo v. Kuster. de V. M. extr. Euphorion in Etymolog. M. col. 480, 18.

— οὕνεκα δή μιν
Ἴφι βιασαμένη Ἑλένη ὑπεγείνατο Θησεῖ.

i. e. βιασθεῖσα. Antiphilus Byzant. in Anthol. Palat. T. I. p. 415. τοίχων ὀρθὰ τιναξαμένων. quod non dubito eodem modo intelligi oportere.

155. οὐδ' Mut. et Vat.

158. ἄτρυτοι. Sic legendum esse phrasis ipsa manifesto ostendit. In codd. scriptum ἄτρυτον, ut Turnebus edidit. Pessime, ex frequenti permutatione literarum η et υ, in Aldina ἄτρητον, quod recentiorum quorundam editorum imperita stoliditas revocavit. Brunck. ἄτρυτον Vat.

κάμνει δ' ἠεροφοῖτις ἀριστοπόνος τε μέλισσα
160 ἠὲ πέτρης κοίλης κατὰ χηραμὸν, ἢ δονάκεσσιν,
ἢ δρυὸς ὠγυγίης κατὰ κοιλάδος, ἔνδοθι σίμβλων
σμήνεσι μυριότητα κατ' ἄγγεα κηροδομοῦσα.
Μὴ μείνῃς ἄγαμος, μή πως νώνυμνος ὄλῃαι.
δός τι φύσει κ' αὐτός· τέκε δ' ἔμπαλιν, ὡς ἐλοχεύθης.
165 Μὴ προαγωγεύσῃς ἄλοχον σέο, τέκνα μιαίνων·
οὐ γὰρ τίκτει παῖδας ὁμοίους μοιχικὰ λέκτρα.
μητρυιῆς μὴ ψαῦε τὰ δεύτερα λέκτρα γονῆος·
μητέρα δ' ὥς, τίμα τὴν μητέρος ἴχνια βᾶσαν.
μηδὲ κασιγνήτης ἐς ἀπότροπον ἐλθέμεν εὐνήν.
170 μηδ' ἐπὶ παλλακίσιν πατρὸς λεχέεσσι μιγείης.
μηδὲ γυνὴ φθείρῃ βρέφος ἔμβρυον ἔνδοθι γαστρὸς,

159. ἠεροφοῖτις. Sic in uno cod. scriptum. Vulgo ἠερόφοιτος. Brunck. ἠερόφοιτος ἀριστοφόνος Vat.

160. ἢ πέτρης Vat.

162. μυριότητα κατ' ἄγγεα. Vera est, si quae alia, Ruhnkenii nostri emendatio in Epist. crit. I. [p. 89.]. Mendose vulgo legitur κατ' ἄνθεα. Brunck. μυριότητα Mut., superscriptâ voce latinâ *varietatem*. Tum ἄνθεα Mut. et Vat.

163. νώνυμνος. Perperam vulgo νώνυμος. Brunck.

167. μὴ ψαῦε τὰ δεύτερα. Sic bene in uno codice. In duobus aliis μὴ ψαῦέ τε, quod haud minus ineptum est quam vulgatum μὴ ψαῦέ γε. Brunck. ψεῦδε τε Vat. ψαύετε δεύτερα τέκνα Mut.

168. μητέρα σεῖο τίμα· κρεῖσσον γὰρ ἂν ἴχνια βάσσαν Mut.

170. ἐπὶ παλλακίσιν πατρός. Sic legendum: non, ut in plerisque editt., παλλακίοισι. Aldus ediderat παλλακίσσι. In uno cod. est παλακῆσι, in alio παλακίσι. Vide quot modis in voce usitatissima peccatum fuerit. Brunck. Hic versus in Vat. ante 169. positus est.

171. βρέφος ἔμβρυον. Plena locutio, quae fugit viros doctos qui de Ellipsibus scripserunt. Nam ἔμβρυον proprie adiectivum est. σκύλαξ ἔμβρυος habent Hippiatrica. v. H. Stephan. Thesaur. T. I. c. 796. B.

μηδὲ τεκοῦσα κυσὶ ῥίψῃ καὶ γυψὶν ἕλωρα.
μηδ' αὖ παιδογόνον ποτὲ τέμνειν ἄρσενα κοῦρον.
μηδὲ τεῇ ἀλόχῳ ἐγκύμονι χεῖρα βάλοιο.
μηδ' ἀλόγοις ζώοισι βατήριον ἐς λέχος ἔλθοις.
μηδ' ὕβριζε γυναῖκα ἐπ' αἰσχυντοῖς χείλεσσι.
μὴ παραβῇς εὐνὰς φύσεως ἐς κύπριν ἄθεσμον.
οὐδ' αὐτοῖς θήρεσσι συνεύαδον ἄρσενες εὐναί.

173. Hic versus in Mut. et Vat. post 178. positus est. — ἄρσενα κοῦρον. Etiam Euripides dixit Androm. 23. ἄρσεν' ἐντίκτω κοῦρον, ineptum ridiculumque Brunckio visum in nota p. 136., quam notam ἐπιτέμνων editor Barnesio-Musgravianae humani quid, humaniter illud ferendum, passus est. Non meminerat Brunckius νεκύων κατατεθνειώτων similiumque pleonasmorum, quorum significatio non est resecanda ad vivum, multo minus comparatione cum recentioribus linguis in risum vertenda.

174. μηδὲ τεῇ ἀλόχῳ ἐγκύμονι χεῖρα βάλοιο. Sic in uno cod. scriptum. In alio μηδέ τις ᾗ — βάλῃαι. Unde orta vulgata lectio. Brunck. Pro τεῇ Vat. τις ᾗ, Mut. τι σῇ. Deinde βάλῃαι in ambobus codd.

175. ἐς λέχος ἔλθοις. Sic in uno cod. quod hic praetuli vulgato ἐλθεῖν. Rursus v. 182. vulgatum βαίνειν praetuli duorum codd. lectioni βαίνοις. In his modis variandis multum sibi indulsit librariorum licentia. Brunck. ἐλθεῖν Mut. et Vat.

176. ἐπ' αἰσχυντοῖς χείλεσσι. Sic duo codd. In alio, ut vulgo, λεχέεσσι. Non dubito, quin verum sit, quod dedi. Notat id genus turpitudinis, de quo senex apud Comicum in Vespis:

ὕρα δ', ἐγώ σ' ὡς δεξιῶς ὑφειλόμην
μέλλουσαν ἤδη λεσβιεῖν τοὺς ξυμπότας.

Qui libris scit uti, plura hac de re in notis nostris ad Comicum reperiet. Brunck. αἰσχυντοῖς ἐπέεσσιν Mut. ἀπαιαχύντοις χειλέεσσιν Vat. in quo versus post 179. positus est.

178. οὐδ' αὐτοῖς θήρεσσι συνεύαδον ἄρσενες εὐναί. Hic versus in Aldina editione post v. 174. positus est, et sic expressus:

οὐδ' αὐτοῖς θήρεσσ' ἄρσην συνέβαδεν ἐς εὐνήν.

Quod portentum Turnebus maluit amovere, quum id rite procurare non posset. Scriptus est versus in tri-

μηδέ τι θηλύτεραι λέχος ἀνδρῶν μιμήσαιντο.
180 μηδ' ἐς ἔρωτα γυναικὸς ἅπας ῥεύσῃς ἀκάθεκτον.
οὐ γὰρ ἔρως θεός ἐστι, πάθος δ' ἀΐδηλον ἁπάντων.
μηδὲ κασιγνήτων ἀλόχων ἐπὶ δέμνια βαίνειν.
στέργε τεὴν ἄλοχον· τί γὰρ ἡδύτερον καὶ ἄρειον,
ἢ ὅταν ἀνδρὶ γυνὴ φρονέῃ φίλα γήραος ἄχρι,
185 καὶ πόσις ἢ ἀλόχῳ, μηδ' ἐμπέσῃ ἄνδιχα νεῖκος;
μηδέ τις ἀμνήστευτα βίῃ κούρῃσι μιγείη.

Μηδὲ γυναῖκα κακὴν πολυχρήματον οἴκαδ' ἄγεσθαι,
λατρεύειν δ' ἀλόχῳ λυγρῆς χάριν εἵνεκα φερνῆς.

bus codd. ut eum diu ante nos exhibuerat Sylburgius. Brunck. Etiam in Mut. et Vat. post 174. legitur. σύνευνα δὲ Vat.

179. ἀνδρὸς Mut.

180. εὔσης Vat.

183. τέκνον ἄλοχον Vat.

184. φρονέει καλα ex corr. Mut.

185. et sequ. desunt in Mut.

186. ἀμνηστευτασίῃ κούραισι μιγῆναι Vat. Proba est constructio μηδέ τις — μιγῆναι. Homerus Il. XX. 358. θαρσήσας — μάχεσθαι.

187. μηδὲ γυναῖκα κακὴν πολυχρήματον οἴκαδ' ἄγεσθαι. Sic optime in uno cod. Putide in impressis, γυναῖκα κακὴν οἴκοισιν σοῖσιν ἄγεσθαι: immo titubante versu in Aldina σοῖσιν οἴκοισιν. Sic emendatus versus cum sequente cohaeret, λατρεύειν δ' ἀλόχῳ, ut etiam in codd. scriptum est. In Aldina λατρεύεις δ' ἀλόχῳ: in aliis λατρεύῃς δ' ἀλόχῳ, sine ulla constructionis legitimae forma. Brunck. πολυχρήματον deest in Mut. et Vat. qui ambo habent σοῖσιν οἴκοισιν.

188. λατρεύεις Mut. — λυγρῆς χάριν εἵνεκα φερνῆς. En aliud exemplum pleonasticae locutionis, quam in Platone lectam Critici sollicitarunt. v. Bast. ad Gregor. Corinth. p. 52. sq. Similis orationis redundantia est in Apollon. Rhod. IV. 1031. sq., quorum versuum constructionem Brunckius, H. Stephanum secutus, pravam et intricatam dixit. Sed nihil pravi inesse senties, si ἀμφὶ et οὕνεκεν, quemadmodum in Platone nostroque poeta χάριν et ἕνεκα, ἐκ παραλλήλου posita sumas geniti-

ἵππους εὐγενέας δίζεσθαι μὲν κατὰ οἶκον,
190 ταύρους δ' ὑψιτένοντας, ἀτὰρ σκυλάκων παναγρείους·
γῆμαι δ' οὐκ ἀγαθὴν ἐριδαίνομεν ἀφρονέοντες·

vumque ὑμέων a verbo ἀτύζομαι simpliciter regi putes. Compara mihi ibid. II. 655. sq.:

εἰο μὲν οὐδ' ἠβαιὸν ἀτύζομαι, ἀμφὶ δὲ τοῖο
καὶ τοῦ ὁμῶς καὶ σεῖο καὶ ἄλλων δείδι ἑταίρων.

Quod si Apollonio per metrum licuisset scribere ἀμφί τ' ἀέθλων οὕνεκεν ὑμετέρων ἀτύζομαι, maxime geminus foret hic locus Platonico et Phocylideo. Nunc ob necessitatem metricam, cui facile cessit praepositio ἀμφί, alterius particulae, quae refractaria esset, ratio syntactica tanquam elisa periit, sola remansit significatio. Omnino Graeci particulis ἕνεκα, οὕνεκα, admodum licenter mirificeque usi sunt. In mentem venit mirabile illud Thucydidis et Xenophontis ὅσον ἀπὸ βοῆς ἕνεκα, tot causa turbarum Criticis, sed sanissimum petitumque, ut suspicor, ex sermone vulgari ac comparabile, si spectes insolentiam syntaxis, nostrae iuris formulae *von Rechts wegen:* de quo quae notavit Wyttenbachius in altera editione τῶν Ἐκλογῶν p. 456., nescio an aliis placeant, mihi quidem certe parum probantur. His scriptis cum evolvissem Hermanni Vigerum, vidi a viro doctissimo, p. 886. citatum e Sophoclis Philoct. 554. ἃ τοῖσιν Ἀργείοισιν ἀμφί σ' οὕνεκα Βουλεύματ' ἐστί. quae est antiqua scriptura, quam recentiores poëtae editores mutare non debebant. Atque hic Sophoclis locus ad illum Apollonii, unde haec disputatio profecta est, tam apte quadrat, ut ambo poëtae mutuam sibi lucem, qua vix optes clariorem, affundere videantur.

189. κάπρους Mut. δ' εὐγενέας Vat.

190. παναγρείους. Sic unus cod. Male vulgo παναγρίους. Mox versu abhinc tertio ἄγοις unius etiam codicis fide nititur. Quartum vero e scriptis duobus libris addidimus, qui in impressis omissus est. Sicque revera est hoc carmen versuum 217. ut eos numeravit Albertus Fabricius Bibl. Gr. L. II. cap. XI. Nam versus 64. qui bis positus erat, pro uno tantum censeri debet. Augeri adhuc posset illo versu, quem protuli supra ad v. 82. quemque suspicor in aliqua huius carminis editione exstare. Citatur enim tanquam e Phocylide a Florente Christiano ad Comicum. Brunck. παρὰ ἀγρόνς Vat.

191. ἀλλὰ φέρονται Vat.

οὐδὲ γυνὴ κακὸν ἄνδρ' ἀπαναίνεται ἀφνεὸν ὄντα.
μηδὲ γάμῳ γάμον ἄλλον ἄγοις, ἐπὶ πήματι πῆμα.
Μηδ' ἀμφὶ κτεάνων συνομαίμοσιν εἰς ἔριν ἔλθοις.
Παισὶ δὲ μὴ χαλέπαινε τεοῖς, ἀλλ' ἤπιος ἴσθι.
ἢν δέ τι παῖς ἀλίτῃ, κωλυέτω υἱέα μήτηρ,
ἢ καὶ πρεσβύτατοι γενεῆς, ἢ δημιογέροντες.
Μὴ μὲν ἐπ' ἄρσενι παιδὶ τρέφειν πλοκάμους ἐπὶ χαίτης·
μὴ κορυφὴν πλέξῃς, μηδ' ἄμματα λοξὰ κορύμβων.
ἄρσεσιν οὐκ ἐπέοικε κόμη, χλιδαὶ δὲ γυναιξί.
Παιδὸς δ' εὐμόφρου φρουρεῖν νεοτήσιον ὥρην.
πολλοὶ γὰρ λυσσῶσι πρὸς ἄρσενα μίξιν ἔρωτος.
παρθενικὴν δὲ φύλασσε πολυκλείστοις θαλάμοισι·
μηδέ μιν ἄχρι γάμων πρὸ δόμων ὀφθῆναι ἐάσῃς.
κάλλος δυστήρητον ἔφυ παίδων τοκέεσσιν.
Συγγενέσι φιλότητα νέμοις, ὁσίην θ' ὁμόνοιαν.
αἰδεῖσθαι πολιοκροτάφους, εἴκειν δὲ γέρουσιν

193. Malim ἄγοις ἔπι, π. π.

194. deest in Mut. κτεάνων γε Vat.

195. παισὶν μὴ Mut. et Vat. εἴης Mut.

196. κωλυέτω. In uno cod. scriptum κρινέτω: in alio ἐσκρινέτω. Brunck. A glossatoribus haec profecta sunt. κωλύειν hîc i. q. κολάζειν.

198. τρέφειν πλοκάμους ἐπὶ χαίτης. Sic optime tres codd. In Aldina τρέφειν πλοκαμίδος χαίτην: in aliis τρέφειν χαίτην πλοκαμῖδος. In seq. v. pro ἄμματα duo codd. habent ἔρματα: alius μὴ θαύματα λοξά. Brunck. πλοκαμηΐδα τεχνην Vat. Egregia phrasis, quam vellem pateretur verbum τρέφειν. Suspicacior quis, ut codicis scripturam textui vindicet, pro τρέφειν coniiciat φέρειν. ἐπιφέρειν, admovere, adhibere. V. H. Stephan. Thes. T. IV. c. 105. B. — 199. μὴ θαύματα Mut. et Vat.

200. κόμαι Mut. et Vat.

202. ἐρῶντες Mut.

204. ὤφθημεν Mut.

206. νέμειν Vat. quod facile praeferam. V. ad v. 211.

ἕδρης καὶ γεράων πάντων· γενεῇ δ' ἀτάλαντον
πρέσβυν ὁμήλικα πατρὸς ἴσαις τιμαῖσι γέραιρε.
210 Γαστρὸς ὀφειλόμενον δασμὸν παρέχου θεράπουσι.
δούλῳ τακτὰ νέμοις, ἵνα τοι καταθύμιος εἴη.
στίγματα μὴ γράψῃς, ἐπονειδίζων θεράποντα.
δοῦλον μὴ βλάψῃς, τι κακηγορέων πρὸς ἄνακτα.
λάμβανε καὶ βουλὴν παρὰ οἰκέτου εὖ φρονέοντος.
215 Ἁγνείη ψυχῆς, τοῦ σώματός ἐστι καθαρμός.
Ταῦτα δικαιοσύνης μυστήρια· τοῖα βιεύντες
ζωὴν ἐκτελέοιτ' ἀγαθὴν μέχρι γήραος οὐδοῦ.

208. sq. Adverte redundantiam orationis, γενεῇ ἀτάλαντον — ὁμήλικα.

210. θεράποντι Vat.

211. νέμειν Vat. V. ad v. 206. — εἴη. Fort. εἴῃ. V. not. ad Hesiod. 538.

213. τι deest in Mut. Post idem κατηγ., sed Vat. κακῇ ἀγορέων. Extremo versu ambo παρ' ἄνακτι.

215. ἁγνείη ψυχῆς, τοῦ σώματός ἐστι καθαρμός. Haec est duorum codd. scriptura. In impressis, ἁγνεῖαι — εἰσι καθάρμοί. Seq. v. τοῖα βιεῦντες praestitit unus cod. Vulgo οἷα. Brunck. σου σωματος εισι καθαρμοι Mut. Pro τοῦ Vat. habet οὐ.

216. βιοῦντες Mut.

217. οὐδῷ Vat.

PSEUDO-PHOCYLIDIS

VERSUS

QUI APUD STOBAEUM SUNT

INTERPRETE HUGONE GROTIO.

V. 2. Tit. XII.

Nectere parce dolos.

V. 5. Tit. XII.

Vera loqui semper, falsis absistere cura.

V. 10. Tit. XII.

Vera loqui, nunquam testari falsa memento.

V. 11. Tit. XI.

Fidem semper servare memento.

V. 43. Tit. XII.

Nec tibi mens aliud condat, quam lingua profatur.

V. 47. Tit. III.

Ne tibi cor inflent sapientia, robur, opesve.
Unus enim Deus est sapiens, divesque potensque.

V. 55. Tit. v.

Sume tibi affectus medios, nec grandia quaere:
nam quidquid nimium est, in nullos serviet usus,
immodicaeque dapes vitiis alimenta ministrant.

V. 61. Tit. v.

Pulcher amor recti; Veneris, sine crimine non est.

V. 63. Tit. v.

Esse, loqui, potare, suo stent omnia fine:
optima res modus est: hunc transiliisse nocebit.

V. 65. Tit. XXXVIII.

Alterius lactis noli macrescere rebus.
Invidia coelum vacat et gens tota Deorum:
non Phoebi radiis maioribus invida Phoebe;
non terra inferior coeli laquearibus altis;
non amnes pelago: sed habent haec omnia pacem.

V. 71. Tit. v.

Casta tibi placeant: factis te turpibus arce.

V. 81. Tit. IV.

Iudicis arbitrium ignaris permittere noli:
doctrinam doctus regit, artem conscius artis.
Non capit indoctus sublimia doctrinarum.
Qui didicere boni nil, mens obbrutuit illis.

V. 105. Tit. CXIX.

Omnia mors aequat. Solus Deus imperat umbris:
et tam pauperibus sedes quam ditibus una est.

V. 116. Tit. III.

Telum homini ratio, ferro vel acutius ipso.
Nam Deus insevit cunctis animantibus arma:
hinc avibus pennae celeres, vis tanta leoni,
spicula sunt apibus, sunt et sua cornua tauris,
munimenta sui. Ast homini mens sola relicta est.
Illa autem princeps sapientia, quam Deus afflat.
Bellipotentibus antistant sapientipotentes.
Rura, rates, urbes sapientia sola gubernat.

V. 205. Tit. V.

Liminibus thalami natas arcete, parentes,
nec secus innuptum sinite extra claustra vagari:
nam tenerum pudor, et gravis est custodia formae.

ΝΑΥΜΑΧΙΟΥ

ΓΑΜΙΚΑ ΠΑΡΑΓΓΕΛΜΑΤΑ.

Καλὸν μὲν δέμας ἁγνὸν ἔχειν, ἀδμῆτά τε μίμνειν
παρθενικὴν, καθαροῖσί τ' ἀεὶ μελεδήμασι χαίρειν,
μήτε βαρυτλήτων λαγόνων περὶ φόρτον ἄγουσαν,
μήτε πόνον τρομέουσαν ἀγάστονον Εἰλειθυίης,
5 ἀλλ' ἧσθαι βασίλειαν ἀφαυρῶν θηλυτεράων,
ψυχῆς ὄμμα φαεινὸν ὑπὲρ βιότοιο χέουσαν,
ἔνθα γάμοι κεδνοὶ καὶ ἀληθέες, ἔνθα μιγεῖσα
θεσπεσίοις ἐπέεσσι νοήματα φαίδιμα τίκτει.

NAUMACHII carmen opus est etiam Christiani alicuius, quem non eundem esse crediderim, qui Phocylidis mentitus est nomen. Ille poëtica facultate Pseudo-Phocylide praestantior mihi videtur. Exstat hoc carmen totum in Stobaei Florilegio, sed in partes discerptum, quas pro more studiosorum eiusmodi collectanea facientium in diversos retulit titulos. XI primi versus sunt in sermone LXVIII. cuius lemma est *Uxorem ducere non esse bonum.* Versus 59. cum tribus sequentibus et quarti initio sunt in sermone XCIII. cuius lemma est *Vituperium divitiarum.* Reliqui omnes sunt in sermone LXXIV. cuius lemma est *Nuptialia monita*, ubi integer reperitur versus, cuius dimidia pars tantum in Titulo XCIII. exstat. Hoc filo, si quis id callide apprehendisset, sponte sua perductus fuisset ad investigationem seriei et iuncturae corporis huius membrorum, quae nunc primum coagmentata exhibemus. Brunck.

εἰ δέ σε καὶ ξυνοῖο πόθος βιότοιο κιχάνοι,
καὶ τοῦτο προδαεὶς ἐρέω, πῶς χρή σε περῆσαι
τὸν πλοῦν, ὥς φασιν, τὸν δεύτερον ἔμφρονι θυμῷ.
Ἔστω σοι πόσις οὗτος, ὃν ἂν κρίνωσι τοκῆες.
κἂν μὲν ἔῃ πινυτός, σὺ μακαρτάτη· εἰ δέ κεν ἄλλως
ἀνέρα μοιρήσαιο, φέρειν καὶ τοῦτον ἀνάγκη.
ἀλλ' ἢν μέν τίς σοι πεπνυμένος, ὅ τι κεν εἴπῃ,
πείθεο· μηδ' ἔστω βίος ἄνδιχα. γίγνεο δ' αὐτῷ
μειλιχίη, καὶ μᾶλλον ὅταν τί ἑ κῆδος ἱκάνῃ.
ἀνδρὶ γὰρ ἀσχαλόωντι παραίφασίς ἐστιν ἄκοιτις.
λεῖπε δέ οἱ τὰ θύρῃφι, τὰ καὶ δύναται πονέεσθαι·
σοὶ δ' οἰκωφελίη μελέτω, μέγαρόν τε φυλάσσειν.
μηδέ μιν ἐξερέεινε, τὰ μὴ θέμις ἐστὶ γυναῖκας
ἴδμεναι· εἰ δ' αὐτός σ' ἐθέλει συμφράδμονα θέσθαι,
σύνθεο μὲν τάχα μύθῳ, ἀμείβεο δ' ὀψὲ, σὺν αὐτῷ
φραζομένη, καὶ μηδὲν ὑπίσχεο, μηδὲ κέλευε
σῇ ῥέζειν ἰότητι· τὸ γὰρ τέλος ἐστὶν ἀφαυρόν.
κουρίδιος πινυτῇ πόσις ἄρκιος, οὐδέ τ' ἐκείνην
δεύτερος ἀθρήσει λεχέων ἔπι γυμνωθεῖσαν.
πρῶτα μὲν ἀφραίνοντος ἀνάσχεο, καὶ γὰρ ἀνάγκη.
πολλάκι που καὶ νοῦσον ἀνάσχεο κηδομένη περ.
ἴσχεο δ' ἐν στέρνοις τὰ σὰ κήδεα, μηδ' ἀγόρευε

9. ξυνοῖο. Sic Stobaei cod. ut Turnebus iam ediderat. In impresso Stobaeo perperam ξείνοιο. Brunck.

16. βίος. Sic libri omnes: mallem νόος. Brunck.

23. μύθῳ. Scribo θυμῷ. Nota phrasis ex Homericis poëmatibus.

24. μηδὲ κέλευε σῇ ῥέζειν ἰότητι. Perperam in impressis μηδὲ κελεύειν σῇ ῥέξειν. Reg. cod. habet ῥέζειν. Turnebus iam ediderat κέλευε. Brunck.

27. λεχέων ἔπι γυμνωθεῖσαν. Male in cod. duae voces in unam coaluerunt. Peius in impressis ἀπογυμνωθεῖσαν. Brunck.

29. πολλάκι που. Sic infra v. 49. ἀεί που.

πᾶσιν ὅσα πρήσσει, μηδ' ἔννεπε πάντα τοκεῦσι.
μούνῃ δ' ἀφραδέοντα πινυσσέμεν, ἀλλὰ κατ' αἶσαν.
καὶ πινυτὸν δεδάηκ' ἐρεθιζέμεν ἀνέρα λώβῃ·
πολλάκι δ' ἤπιος ἄνδρα καὶ ἄφρονα μῦθος ἔθελξεν.
55 εἰ δ' ὀλοοῖς ἑτάροισιν ἐφεσπόμενος κακὸς εἴῃ,
μὴ σὺ μὲν ἀντιβίην κείνου, τέκος, εἰς ἔριν ἔλθῃς·
ἀλλ' ἑτάρους ὄτρυνε μετὰ σφίσι νείκεα βάλλειν.
ῥηϊδίη δ' ὁδὸς ἥδε διακρῖναι φιλότητα
λευγαλέην, ἑτάροις δὲ φίλον ἀγαθοῖσι γενέσθαι
40 σῇ πινυτῇ· τίς γάρ κεν ἑκὼν φίλον ἄφρονα θεῖτο;
καὶ σὺ μὲν ὡς φίλον ἄνδρα καὶ ἀτρεκέως ἀγάπαζε.
γνώτω δ' ἀμφαδίην καὶ σὸς πόσις, ὅττι γε τέκνα
ἐκ θυμοῦ φιλέεις· ἐπεὶ οὔ τί γε τοῖος ἐτύχθη
οἷος ἔχειν φιλότητα, καὶ ἤθεα πιστὰ δαῆναι.
45 παρθενικῇ, σὺ δ' ἄκουε, τὰ σὲ χρὴ πάντα φυλάσσειν.
μήτε φιλομμειδὴς μάλα γίγνεο, μήτε κατηφής.
μήτ' ἔσο πάμπαν ἀεργός, ἄλις δ' ἔχε καὶ πονοῦ ἔργον.
μήτε κακὴ δμώεσσι τεοῖς ἔσο· μήτε μάλ' ἐσθλὴ
φαίνεο. ῥηΐτεροι γὰρ ἀεί που πῆμα φέρονται.
50 θάρσεϊ δειδιότων μάλ' ἐπικρατέουσιν ἄνακτες.
ὀθνείων φιλότητας ἀναίνεο, πρίν κεν ἀπ' ἄλλων
εἰδείης ἐτύμως μελεδήματα καὶ νόον αὐτῶν.
μήτε γραῦν ποτὲ σοῖσι κακὴν δέξαιο μελάθροις·
πολλῶν γρῆες ἔπερσαν ἐΰκτιτα δώματα φώτων.

43. φιλέεις. Sic scriptus liber: sinceramque hanc lectionem iudicavi, ad quam accommodari debuit particula in fine praec. v. Vulgo ὅττι κε τέκνα ἐκ θυμοῦ φιλέῃς. Brunck.

48. δμώεσσι τεοῖς. Sic cod. pro varia lectione: in contextu autem δμωῇσι τεῇς. Moxque rursus pro varia lectione ῥηΐτεραι. Brunck. Utroque in versu femininum praeferam.

50. θαρσεϊ. Legendum videtur τάρβεϊ. Brunck. Fallitur.

55 μηδὲ μὲν ἀκριτόμυθον ἑταιρίσσαιο γυναῖκα.
κεδνὰ κακοὶ φθείρουσι γυναικῶν ἤθεα μῦθοι.
μὴ σύ ποτε χρυσῷ περιμαίνεο, μήτ' ἐπὶ δειρῆς
πορφυρέην ὑάκινθον ἔχοις, ἢ χλωρὸν ἴασπιν.
χρυσός τοι κόνις ἐστὶ καὶ ἄργυρος· οἱ δὲ καὶ αὐτοὶ
60 λᾶες ἐπὶ ῥηγμῖνι πολυψηφῖδι θαλάσσης.
πολλοὶ δ' ἐρρίφαται ποταμῶν παρὰ χείλεσιν αὔτως.
εἵματα δ' εἰναλίης ἐρυθαίνεται αἵματι κόχλου·
τοῖς ἔπι φυσιόωσιν ἁλίφρονες. ἀλλὰ σὺ κόσμον,

55. μηδὲ μὲν —. Perperam vulgo μηδέ μιν. Brunck.

57. περιμαίνεο. Immo ἐπιμαίνεο. V. praefat. ad Anacreont. edit. Tauchnitz. p. X. Riemero in mentem venit περιμαίεο.

58. Post hunc versum Stobaeus omisit quatuor versus, in alium titulum translatos, quos in suam sedem repono. Brunck.

62. εἰναλίης — κόχλου. Accedat hoc exemplum citatis ad Sophocl. T. II. p. 330.

63. τοῖς ἔπι φυσιόωσιν ἁλίφρονες. Sic cod. Stobaei duobus in locis. In Titulo *De nuptialibus monitis* impressus Stobaeus habet τοῖς ἐπιφυσιόωσι δαλίφρονες. In Titulo *De vituperio divitiarum* Stobaei codex superiora tantum verba exhibet, imperfecto versu. Nescio cuius sit inepta clausula in impressis libris, ubi legitur

τοῖς ἐπιφυσιόωσι δ' ἁλίφρονες ἀσπαλιῆες.

Non intellecta vox ἁλίφρονες *maris* et proinde *piscatorum* in auctoris huius assumenti animo excitavit imaginem. His vero nullus est hic locus. ἁλίφρων, modo vox proba sit, nihil aliud hic significare potest, quam ματαιόφρων. Apud Hesychium occurrit mira glossa: ἁλιφροσύνη, ἱκανὴ φρόνησις. Forte in interpretatione vocis omissa fuit a librario negativa particula, οὐχ ἱκανή. Utut sit, lectionem codicis repraesentavi, qua forte meliorem ex ingenio reposuissem, si meo arbitratu agere voluissem. Credo auctorem huius carminis homericam vocem hic adhibuisse: τοῖς ἔπι φυσιόωσι χαλίφρονες. Brunck. Valckenarius ad Euripid. Phoeniss. p. 39.: „Corrigi debuerat, τοῖς ἔπι φυσιόωσιν ἁλίφρονες· neque enim Graecum est, quod illinc in Lexica receperunt, Δαλίφρων· modulus versus syllabam quoque primam respuebat.“ Scilicet foret dorica forma: vulgaris δηλίφρων, quam in Lexicis etiam nostris diebus editis religiose servatam videas. In Hesychii glossa ἱκανὴ fortasse mutandum in κενή.

παρθένε, τηϋσίου μὴ δεύεο, μηδὲ κατόπτρῳ
65 χειρὶ διακρίνουσα τεὴν αὐγάζεο μορφήν,
μηδὲ κόμης περίαλλα πολυσχιδέας πλέκε σειρὰς,
μηδὲ μέλαινε τεοῖσιν ὑπὸ βλεφάροισιν ὀπωπάς.
οὐ γὰρ θηλυτέραις φύσις ὤπασεν ἡμιτέλεστον
μορφὴν, ὄφρα καὶ ἄλλα περὶ χροῖ τεχνήσαιντο.
70 πῶς δ' ἄν, κοῦρα, δύναιο δαήμονι φωτὶ φανῆναι,
θνητὸν ἐφημερίῃ κομιδῇ χρόα ποικίλλουσα;
ἐξ ἑτέρης ἑτέρην σε, καὶ ἄλλην ἄλλοτε λεύσσω,
φαινομένην πολλῇσι μίαν μορφῇσι γυναῖκα.

64. μηδὲ κατόπτρῳ. Sic iam emendate edidit Turnebus. In Stobaei libris κατόπτρον. In seq. versu parum commode utitur auctor verbo διακρίνειν. quod subiecto suo caret, nisi duriuscule ad μορφὴν referatur. διακρίνειν κόμας obvium est: sed διακρίνειν μορφὴν vix altero exemplo comprobatum iri credo. Brunck.

68. φύσις ὤπασεν. Sic optime codex, quod ex vi sententiae interpretes in versione expresserunt: sed in editionibus legitur inepte δέμας ὤπασεν. Brunck.

70. κοῦρα. Compares νύμφα Homer. Il. III. 130. V. Aem. Porti Annotationes in Lyricos p. 190.

NAUMACHII
NUPTIALIA MONITA
H. GROTIO INTERPRETE.

Pulchra quidem res est intacta in corpore casto
virginitas, animi sanctis exercita curis;
quae nec onusta malis trahit ilia fessa laborum,
saeva nec immitis Lucinae tela tremiscit.
Hanc sectata viam, veluti Dea, coetibus exstans
femineis, trans vitam humilem sua lumina mittit,
vera iugantur ubi connubia, foetaque sanctis
vocibus interno gaudet mens conscia partu.
Quod si vita tibi placet hospita, providus horum
quae sors ista trahit, monitis te ducere pergam,
ut portum cursu liceat tenuisse secundo.
Is tibi sit coniunx, quem dilegere parentes.
Si fuerit sapiens, macta esto hoc munere coeli:
sin minus, hunc etiam ferre ac tolerare necesse est.
Si tibi vir prudens aliquid praeceperit, audi,
nec tibi sit discors studium. Solare maritum
blanda, sed inprimis versant quum pectora curae:
quippe viro tristi coniunx est dulce levamen.
Quicquid agendum extra est, et res quaecunque
virorum,

illi cede: domus tibi sit custodia cordi.
Quicquid non recte scit femina, quaerere noli.
Sin te consiliûm sociam velit esse suorum,
sis voces audire celer, sed reddere tarda,
dispice cunctando. Nihil illum hortere rogesve
arbitrio fecisse tuo: res plena pericli est.
Quae sapit, illa satis primos sibi credat amores,
nec velit unquam oculis spectari nuda secundis.
Si videas peccare virum, fer; (ferre necesse est)
et tacitum cela, multum licet anxia, vulnus.
Pectore conde malum. Quid agat, vulgare caveto,
vir tuus, idque ipsos malis nescire parentes.
Ipsa mone errantem, sed quum mollissima fandi
tempora. Saepe bonos irritant aspera verba,
et duros mulcere datur sermone benigno.
Si flectat pravis coniunx tuus usus amicis
in pravum mores, tu ne sere iurgia contra:
ipsos inter se potius committe sodales:
nec tibi, si sapias, morbosum abrumpere foedus,
atque ad amicitias potiores vertere mentem,
durum adeo. Quis sponte malis laetetur amicis?
Mendax absit amor: tu puro corde maritum
dilige: tum quantae tibi sint sua pignora curae
conspiciat coniunx: nec erit tam ferreus, ut non
et constante fide et stabili tangatur amore.
Haec quoque sint, virgo, memori tibi mente reposta.
Nec nimia in risum, tristi nec nubila vultu,
otia defugiens, moderatos sume labores.
Nec duro imperio famulos preme, nec tamen illis
te dederis facilem: patet indulgentia damnis:
securos dominos metus et reverentia praestant.
Externas fuge amicitias, nisi cognita quorum

sint studia et mores et vitae totius ordo.
Improba quae sit anus, subeat tua tecta caveto:
stantes saepe domos vertit malesuada senectus.
Nec sociam multi quae sit sermonis adopta:
nam mala femineos perdunt consortia mores.
Nec gravis incedas auro, nec iaspide fulva
impedias collum, vel purpureo hyacintho.
Argentum atque aurum nihil est, nisi gleba. Lapilli,
quisquiliae, et fluctus sunt purgamenta marini,
qualia flumineae sunt multa in margine ripae.
At, qua lana rubet, sanies de murice fluxit.
His sese ostentat vesana superbia: tu cur
ornamenta foris cupias adsciscere non est,
mirarive tuam speculo sub iudice formam,
aut suggesta comae variis componere nodis,
aut oculos nigrore, genas aut pingere fuco.
Non ita femineum corpus natura creavit,
ut partem ipsa daret, pars exigeretur ab arte.
Nam qui sustineas sapientis ob ora venire,
alterius varians corpus mortale figuris?
discolor, ipsa tibi contraria, cui nova rursus
et nova forma placet, nunquam potes una videri.

ΕΚ ΤΩΝ ΛΙΝΟΥ.

I.

Φράζεο δή, σπουδὴν ἐντυνάμενος δι' ἀκουῆς
μύθων ἡμετέρων, ἀτραπὸν περὶ παντὸς ἀληθῆ,
κῆρας ἀπωσάμενος πολυπήμονας, αἵ τε βεβήλων
ὄχλον ἀϊστῶσαι, ἄταις περὶ πάντα πεδῶσι
5 παντοίαις, μορφῶν χαλεπῶν ἀπατήματ' ἔχουσαι·
τὰς μὲν ἀπὸ ψυχῆς εἴργειν φυλακαῖσι νόοιο.
οὗτος γάρ σε καθαρμὸς ἀπ' ἀμπλακιῶν ὁσιώσει,
εἴ κεν ἀληθείῃ μισῇς ὁλοὸν γένος αὐτῶν.
νηδὺν μὲν πρώτιστ' αἰσχρῶν δώτειραν ἁπάντων,
10 ἣν ἐπιθυμία ἡνιοχεῖ μάργοισι χαλινοῖς.

II.

Ἐλπεσθαι χρὴ πάντ', ἐπεὶ οὐκ ἔστ' οὐδὲν ἄελπτον,
ῥᾴδια πάντα θεῷ τελέσαι, καὶ ἀνήνυτον οὐδέν.

LINI I, 7. Sic legitur hic versus in scripto Stobaeo et in edit. Gesneri: οὗτος γάρ σε καθαρμὸς ὄντως δικαίως ὁσιεύσει. Tam ineptam lectionem repraesentare veritus Grotius dedit eiconiectura ἀναμπλακέως ὁσιεύσει. Melius, ut opinor, ego, ἀπ' ἀμπλακιῶν ὁσιώσει. Alia, quam optimam omnium censeri haud aegre feram, prostat emendatio primarii viri in egregio opere de reliquiis perditorum Euripidis dramatum p. 281. ἀπ' ἀτρεκέως ὁσιώσει. Brunck.

9. νηδὺν μὲν πρώτιστ'. Eiusdem praestantissimi viri haec est emendatio, qua nihil certius. In cod. scriptum ἤδη μὲν πρώτισται αἰσχρῶν. Brunck.

L I N I

H. GROTIO INTERPRETE.

I.

Certius ut veri possis insistere callem,
imbue sollicitas nostris sermonibus aures,
ut procul immanes Furias de pectore pellas,
quae poenis vincire solent genus omne profanum,
indutae varias mendaci corpore formas:
has arcere vigil mentis custodia debet:
hoc etenim te rite sacrum lustrale piabit,
si potes ex animo pestes odisse nefandas,
quarum prima, malis, et maxima causa, voluptas;
quam laxis agitat fraenis furiosa cupido.

II.

Omnia sunt speranda, nihil sperare negatum:
nam nihil est, quod non valeat divina potestas.

ΠΑΝΥΑΣΙΔΟΣ ΑΛΙΚΑΡΝΑΣΣΕΩΣ.

I.

Ξεῖν' ἄγε δὴ καὶ πῖν· ἀρετή νύ τις ἔστι καὶ αὕτη,
ὅς κ' ἀνδρῶν πολὺ πλεῖστον ἐν εἰλαπίνῃ μέθυ πίνῃ
εὖ καὶ ἐπισταμένως, ἅμα τ' ἄλλον φῶτα κελεύῃ.
Ἰσόν θ' ὅς τ' ἐν δαιτὶ καὶ ἐν πολέμῳ θοὸς ἀνὴρ
5 ὑσμίνας διέπων ταλαπενθέας, ἔνθα τε παῦροι
θαρσαλέοι τελέθουσι, μένουσί τε θοῦρον Ἄρηα·
τοῦ κεν ἐγὼ θείμην ἴσον κλέος, ὅς τ' ἐνὶ δαιτὶ
τέρπηται παρεὼν, ἅμα τ' ἄλλον λαὸν ἀνώγῃ.
οὐ γάρ μοι ζώειν γε δοκεῖ βροτὸς, ἠὲ βιῶναι
10 ἀνθρώποιο βίον ταλασίφρονος, ὅς τις ἀπ' οἴνου

PANYASIDIS I. 1. ἀρετή νύ τις. Sic scriptus Stobaeus Tit. XVIII. In impressis δέ τις. Brunck. ἀρετή νύ τις iam H. Stephanus dederat, quem Wintertonus secutus est. — Adverte constructionem ἀρετή — ὅς —. Sic paulo post v. 4. ἴσόν θ' ὅς —. Plato de Leg. II. in. p. 49. Ast. εὐτυχής, ὅτῳ καὶ πρὸς τὸ γῆρας παρεγένετο. Vir doctissimus: „Vulgo εὐτυχές, quod in orationis nexum non quadrat; quare εὐτυχής — scripsi.“ Mihi quoque talia olim videbantur tam enormia, ut correctione opus esse putarem: sed postea tot huius structurae exempla reperi, quot plures paginae, si vellem enumerare, non caperent. Igitur Platoni restituendum εὐτυχές.

5. ἔνθα τε. Sic rursus cod. Vulgo ἔνθα δέ. Brunck.

7. τοῦ κεν ἐγὼ θείμην. Minus bene vulgo τοῦ μὲν ἐγώ. Brunck.

θυμὸν ἐρητύσας, πίνει ποτὸν ἄλλο νεόφρων.
οἶνος γὰρ πυρὶ ἶσον ἐπιχθονίοισιν ὄνειαρ,
ἐσθλὸν, ἀλεξίκακον, πάσης συνοπηδὸν ἀοιδῆς.
ἐν μὲν γὰρ θαλίης ἱερὸν μέρος, ἀγλαΐης τε,
15 ἐν δὲ χοροιτυπίης, ἐν δ' ἱμερτῆς φιλότητος.
τῷ σε χρὴ παρὰ δαιτὶ δεδεγμένον εὔφρονι θυμῷ
πίνειν, μηδὲ βορῆς κεκορημένον, ἠΰτε γῦπα,
ἡδθαι πλημμύροντα, λελησμένον εὐφροσυνάων.

II.

Οἶνος δὲ θνητοῖσι θεῶν πάρα δῶρον ἄριστον,
ἀγλαὸς, ᾧ πᾶσαι μὲν ἐφαρμόζουσιν ἀοιδαὶ,
πάντες δ' ὀρχηθμοὶ, πᾶσαι δ' ἐραταὶ φιλότητες:
πάσας δ' ἐκ κραδίης ἀνδρῶν ἀλαπάζει ἀνίας
5 πινόμενος κατὰ μέτρον· ὑπὲρ μέτρον δὲ χερείων.

III.

Τοῦ κεράσας κρητῆρα μέγαν χρυσοῖο φαεινὸν,
σκύφους αἰνύμενος θαμέας ποτὸν ἡδὺν ἔπινε.

11. νεόφρων. Vox nullo alio loco ut appellativum nomen mihi lecta. Vertunt *stultus:* et hic, ut videtur, est sensus poëtae. Igitur fortasse scribendum κενόφρων.

18. λελησμένον. Immo λελασμένον. V. Heyn. ad Homer. T. V. p. 155.

II. Hos versus servavit Athenaeus p. 37. ubi etiam superioris fragmenti septem ultimi exstant cum aliqua lectionis varietate. Brunck.

III. Apud Athenaeum p. 498. Brunck.

2. σκύπφους. V. not. ad Theognid. v. 1057. ubi quod Scaligeri rationem praetuli, recte factum putabis, si contuleris Hesiodeum versum ab Athenaeo ibid. citatum:

πλήσας δ' ἀργύρεον σκύπφον (σκύφον) φέρε, δῶκε δ' ἄνακτι.

Hic enim prior syllaba vocis σκύφος in thesi est: ut nulla esse arseos vis possit ad eam producendam.

ΡΙΑΝΟΥ.

Ἦ ἄρα δὴ μάλα πάντες ἁμαρτίνοοι πελόμεσθα
ἄνθρωποι, φέρομεν δὲ θεῶν ἑτερόῤῥοπα δῶρα
ἀφραδέϊ κραδίῃ· βιότοιο μὲν ὅς κ' ἐπιδευὴς
στρωφᾶται, μακάρεσσιν ἐπὶ ψόγον αἰνὸν ἰάπτει,
5 ἀχνύμενος· σφετέρην δ' ἀρετὴν καὶ θυμὸν ἀτίζει,
οὐδέ τι θαρσαλέος νοέειν ἔπος, οὐδέ τι ῥέξαι,
ἐῤῥιγὼς, ὅταν ἄνδρες ἐχεκτέανοι παρέωσι·
καί οἱ θυμὸν ἔδουσι κατηφείη καὶ ὀϊζύς.
ὅς δέ κεν εὐοχθῇσι, θεὸς δ' ἐπὶ ὄλβον ὀπάζῃ
10 καὶ πολυκοιρανίην, ἐπιλήθεται οὕνεκα γαῖαν
ποσσὶν ἐπιστείβει, θνητοὶ δέ οἱ εἰσὶ τοκῆες.
ἀλλ' ὑπεροπλίῃ καὶ ἁμαρτωλῇσι νόοιο
ἶσα Διῒ βρομέει, κεφαλὴν δ' ὑπὲρ αὐχένας ἴσχει,
καί περ ἐὼν ὀλίγος· μινᾶται δ' εὔπηχυν Ἀθήνην,
15 ἠέ τιν' ἀτραπιτὸν τεκμαίρεται Οὔλυμπόνδε,

RHIANI 3. In Stobaeo Tit. IV. legitur ἀφραδέῃ κραδίῃ, quod exhibet etiam cod. a prima manu scriptum. Reposuit librarius ἀφραδίῃ, unde pronum erat emendare ἀφραδίῃ κραδίης. Sed quia in codd. perpetuo commutantur literae η et ι, genuinum credo quod dedi ἀφραδέϊ κραδίῃ. Brunck.

6. θαρσαλέος. Sic bene Turnebus. In Stobaeo θαρσαλέως. Brunck.

13. Fort. αὐχένος.

ὥς κε μετ' ἀθανάτοις ἐναρίθμιος εἰλαπινάζῃ.
ἡ δ' Ατη ἁπαλοῖσι μετατρωχῶσα πόδεσσιν
ἄκρης ἐν κεφαλῇσιν ἀνώϊστος καὶ ἄφαντος,
ἄλλοτε μὲν γραίῃσι νεωτέρῃ, ἄλλοτε δ' αὖτε
20 ὀπλοτέρῃσι γρῆϋς ἐφίσταται ἀμπλακίῃσι,
Ζηνὶ θεῶν κρείοντι, Δίκῃ τ' ἐπίηρα φέρουσα.

16. μετ' ἀθανάτοις ἐναρίθμιος. Vulgo μετ' ἀθανάτοισιν ἀρίθμιος. In Gesneri editione εἰλαπινάζει: bene Turnebus εἰλαπινάζῃ. Melior haec lectio in cod. superscripta deteriori. Brunck.

21. Ζηνὶ θεῶν κρείοντι. Sic optime Turnebus, ut est etiam in Reg. cod. sed posterior illa vox κρείοντι est ab emendatrice manu. Scriptum primo fuerat κρυόεντι, quod habet Gesnerus in margine, in textu vero κριόεντι. Vide quantam nebulam excitare possit unius literae transpositio. ΚΡΙΟΕΝΤΙ et ΚΡΕΙΟΝΤΙ iisdem constant elementis. Inde miram lectionem extudit Grotius: Ζηνὶ θεῷ κρυόεντι. Brunck.

ΕΥΗΝΟΥ ΠΑΡΙΟΥ.

I.

Πολλοῖς ἀντιλέγειν μὲν ἔθος περὶ παντὸς ὁμοίως·
ὀρθῶς δ' ἀντιλέγειν, οὐκ ἔτι τοῦτ' ἐν ἔθει.
καὶ πρὸς μὲν τούτους ἀρκεῖ λόγος εἷς ὁ παλαιός·
„Σοὶ μὲν ταῦτα δοκοῦντ' ἐστὶν, ἐμοὶ δὲ τάδε."

II.

Τοὺς ξυνετοὺς δ' ἄν τις πείσειε τάχιστα λέγων εὖ,
οἵπερ καὶ ῥάστης εἰσὶ διδασκαλίας.

III.

Πρὸς σοφίᾳ μὲν ἔχειν τόλμαν, μάλα σύμφορόν ἐστι·
χωρὶς δὲ, βλαβερὴ, καὶ κακότητα φέρει.

IV.

Πολλάκις ἀνθρώπων ὀργὴ νόον ἐξεκάλυψε
κρυπτόμενον, μανίας πουλὺ χερειότερον.

EVENI duo prima fragmenta exstant apud Athenaeum p. 367. et in Stobaeo Grotii Tit. LXXXII. qui tertium distichon ex Athenaeo addidit, quod nec in scripto Stobaei cod. nec in Gesneri editione comparet. Brunck.

III. Est apud Stobaeum Tit. LI. Sequens distichon ibidem exstat Tit. XX. Brunck.

V.

Φημὶ πολυχρονίην μελέτην ἔμεναι, φίλε· καὶ δὴ
ταύτην ἀνθρώποισι τελευτῶσαν φύσιν εἶναι.

V. Servavit hos versus Andronicus Rhodius in Ethicorum Nicomacheorum paraphrasi p. 470. Brunck.

1. *πολυχρονίην.* V. Wernickii Commentarium, accuratae doctrinae testem locupletissimum, in Tryphiodor. p. 40.

καὶ δή. Eius nomen *καὶ δὴ* continere suspicor, ad quem Euenus scripsit. Si Theognidis esset, legerem *Πολυπαίδη.* Gerhard. Lect. Apollon. p. 228.

ΕΚ ΤΩΝ ΚΑΛΛΙΜΑΧΟΥ.

I.

Ὤμοσεν. ἀλλὰ λέγουσιν ἀληθέα, τοὺς ἐν ἔρωτι
ὅρκους· μὴ δύνειν οὔατ' ἐς ἀθανάτων.

II.

Καὶ γὰρ ἐγὼ τὰ μὲν ὅσσα καρήατι τῆμος ἔδωκα,
Ξάνθε, σὺν εὐόδμοις ἁβρὰ λίπῃ στεφάνοις,

CALLIMACHI I. Est hoc distichon pars epigrammatis, quod integrum legitur in Callimachi editionibus, in Analectis nostris, et mala Planudis manu interpolatum in Anthologia H. Stephani p. 481. Carmen quia breve est et venustum non piget describere:

Ὤμοσε Καλλίγνωτος Ἰωνίδι, μή ποτ' ἐκείνης
ἔξειν μήτε φίλον κρέσσονα μήτε φίλην.
ὤμοσεν· ἀλλὰ λέγουσιν ἀληθέα, τοὺς ἐν ἔρωτι
ὅρκους μὴ δύνειν οὔατ' ἐς ἀθανάτων.
νῦν δ' ὁ μὲν ἀρσενικῷ θέρεται πυρί· τῆς δὲ ταλαίνης
νύμφης, ὡς Μεγαρέων, οὐ λόγος οὔτ' ἀγιθμός.

BRUNCK.

II. Fragmentum hoc exstat in Florilegio Stobaei Tit. LXXXI. Primus pentameter in Gesneri editione sic legitur: *ξανθὰ σὺν εὐόδμοις ἀκραλιπῆ στεφάνοις.* At in cod. liquido scriptum *ἁβρὰ λίπῃ*, quod vel ex eodem fonte hausit, vel ex ingenio Valckenarius, cui nomen proprium *Ξάνθε* pro *ξανθὰ* debeo. In 5. versu pro *ἀκοναῖς* Stobaei libri habent *ἀκονάς*. Elegantes Mureti versus ex Callimacheis expressos adpono, ut cum Grotii versione comparentur.

Namque et ego nitido capiti, flavisque capillis
serta olim Assyrio sparsa liquore dedi,
et bona in ingratum congessi plurima ventrem:
cuncta sed in ventos illa abiere leves.
Servarunt solae commissa fideliter aures:
corporis hac una est parte reperta fides.

BRUNCK.

1. *τὰ — ὅσσα.* Legitima haec verborum est con-

ἄπνοα πάντ' ἐγένοντο παραχρῆμ' · ὅσσα τ' ὀδόντων
ἔνδοθι, νειαίραν τ' εἰς ἀχάριστον ἔδυ,
5 καὶ τῶν οὐδὲν ἔμεινεν ἐς αὔριον. ὅσσα δ' ἀκουαῖς
εἰσεθέμην, ἔτι μοι μοῦνα πάρεστι τάδε.

III.

Αἰεὶ τοῖς μίκροις μίκκα διδοῦσι θεοί.

structio: ne forte de ἄσσα cogites. Sic in hoc ipso fragmento ὅσσα — καὶ τῶν, ὅσσα — τάδε. Append. ad Anthòlog. Palatin. e Planud. T. II. p. 673. n. 154. v. 4. ὅσσα λέγεις, ταῦτα κλύων ἄπιθι.

4. Valckenario quid in mentem venerit, ut copulam τε, sententiae vinciendae maxime necessariam, nocere ei putaret (Callim. Eleg. Fragm. p. 240.), prorsus ignoro.

5. ὅσσα δ' ἀκουαῖς —. Sunt συμποσιακὰ ἀκούσματα. Nam τῆμος e v. 1. etiam ad εἰσεθέμην repetendum: ut post αὔριον minus recte τελεία στιγμῇ interpungant.

III. Vide Callimachi fragmenta a Bentleio collecta CLXXIX. Brunck.

ΕΡΑΤΟΣΘΕΝΟΥΣ ΚΥΡΗΝΑΙΟΥ.

Οἶνός τοι πυρὶ ἶσον ἔχει μένος, εὖτ' ἂν ἐς ἄνδρα
ἔλθῃ· κυμαίνει δ', οἷα Λίβυσσαν ἅλα
Βορῆς ἠὲ Νότος· τὰ δὲ καὶ κεκρυμμένα φαίνει
βυσσόθεν, ἐκ δ' ἀνδρῶν πάντ' ἐτίναξε νόον.

ERATOSTHENIS fragmentum exstat apud Athenaeum p. 36. et in Stobaei Floril. Tit. XVIII. Brunck. o 4. ἐκ δ' ἀνδρῶν πάντ' ἐτίναξε νόον. V. Iacobs. ad Anthol. I. 1. p. 314.

ΜΕΝΕΚΡΑΤΟΥΣ ΣΑΜΙΟΥ.

I.

Γῆρας ἐπὰν μὲν ἀπῇ, πᾶς εὔχεται· ἢν δέ ποτ' ἔλθῃ,
μέμφεται· ἔστι δ' ἀεὶ κρεῖσσον ὀφειλόμενον.

II.

Εἴ τις γηράσας ζῆν εὔχεται, ἄξιός ἐστι
γηράσκειν πολλὰς εἰς ἐτέων δεκάδας.

MENECRATIS distichon I. exstat in Anthologia Planudis, editionis Stephani p. 21. in quod notam hanc e Salmasii schedis descripsi. *Hic Menecrates Samius fuit: de eo hoc tantum scimus. Quidam illi sequens etiam distichon tribuunt. Nam ita lemma legitur in membranis: Λουκιλλίου. οἱ δὲ, Μενεκράτους Σαμίου.* Brunck.

ΠΟΣΕΙΔΙΠΠΟΥ.

Ποίην τις βιότοιο τάμῃ τρίβον; εἰν ἀγορῇ μὲν
νείκεα καὶ χαλεπαὶ πρήξιες· ἐν δὲ δόμοις

POSIDIPPI v. 1. Codicis lectionem reposuimus τάμῃ, quam adseruimus ad Comici Plutum 458. Sic in Sophoclis Oedipo Col. 170. ποῖ τις φροντίδος ἔλθῃ. Inique cum lectore agerem, si eum versione fraudarer Hugonis Grotii; ingratusque essem erga summum virum, cui tantum venustatis debebit hic libellus, si elegantissimos eius versus supprimerem.

Quod vitae sectemur iter? fora plena molestis
litibus: insedit morbida cura domos:
rure labor multus, multusque in fluctibus horror.
Qui peregri vivunt, his et habere metus,
et nec habere dolor. Tum ducta coniuge, semper
anxius: in vita caelibe, solus eris.
Qui pater est, satagit: vivit non suaviter orbus.
Aetas est iuvenum stulta, victa senum.
Nil igitur satius, quam nunquam cernere lucem:
vel modo conspecta luce repente mori.

BRUNCK.

1. τάμῃ. Optativum tuetur Metrodori parodia: satisque diu est, cum ego etiam cum tali structura, quam olim, Canonum superstitiose reverens, perosus eram, in gratiam redii. Homerus Il. IV. 93. Ἦ ῥά νύ μοί τι πίθοιο —. quod recurrit VII. 48. Additâ particulâ ἄν hunc modum in interrogando recte adeoque ex regula poni, omnes, quod sciam, consentiunt. Tamen in Oppiani Cyneg. II. 606. nuper editum videas: τίς γὰρ ἂν οὐ στυγέῃ τοῖον γένος —; adscriptâ hac notâ: „vulgatum στυγέοι e Paris. Vatic. Veneto correctum.“ Talia ne viro egregio et de litteris nostris praeclarissime merito acerbius exprobres, memor te quoque statuere hodie quod cras indictum velles.

φροντίδες· ἐν δ' ἀγροῖς καμάτων ἅλις· ἐν δὲ θαλάσσῃ
τάρβος. ἐπὶ ξείνης δ', ἢν μὲν ἔχῃς τι, δέος·
ἢν δ' ἀπορῇς, ἀνιηρόν. ἔχεις γάμον; οὐκ ἀμέριμνος
ἔσσεαι. οὐ γαμέεις; ζήσῃ ἐρημότερος.
τέκνα, πόνοι· πήρωσις, ἅπαις βίος. αἱ νεότητες
ἄφρονες· αἱ πολιαὶ δ' ἔμπαλιν ἀδρανέες.
ἢν ἄρα τοῖνδε δυοῖν ἑνὸς αἵρεσις, ἢ τὸ γενέσθαι
μηδέποτ', ἢ τὸ θανεῖν αὐτίκα τικτόμενον.

ΜΗΤΡΟΔΩΡΟΥ

ΕΚ ΤΟΥ ΕΝΑΝΤΙΟΥ.

Παντοίην βιότοιο τάμοις τρίβον. εἰν ἀγορῇ μὲν
κύδεα καὶ πινυταὶ πρήξιες· ἐν δὲ δόμοις
ἄμπαυμ'· ἐν δ' ἀγροῖς Φύσιος χάρις· ἐν δὲ θαλάσσῃ
κέρδος. ἐπὶ ξείνης, ἢν μὲν ἔχῃς τι, κλέος·
ἢν δ' ἀπορῇς, μόνος οἶδας. ἔχεις γάμον; οἶκος ἄριστος
ἔσσεται. οὐ γαμέεις; ζῇς ἔτ' ἐλαφρότερον.
τέκνα, πόθος· ἄφροντις ἅπαις βίος. αἱ νεότητες
ῥωμαλέαι· πολιαὶ δ' ἔμπαλιν εὐσεβέες.
οὐκ ἄρα τῶν δισσῶν ἑνὸς αἵρεσις, ἢ τὸ γενέσθαι
μηδέποτ', ἢ τὸ θανεῖν. πάντα γὰρ ἐσθλὰ βίου.

PANYASIDIS HALICARNASSEI

INTERPRETE H. GROTIO.

I.

Quin bibis, ô hospes? non est haec infima virtus,
appositis dapibus calices educere multos
artis ad ingenium, atque alios ad pocla vocare.
Et mensa pariter robur spectatur et armis:
namque ut confertos ductor ruit acer in hostes,
quamvis late alii trepident et bella pavescant:
talis et ille mihi (levior nec gloria) laetus
qui conviva sedens alios ad gaudia cogit.
Ille mihi vita penitus caruisse videtur,
aut certe minime vitalem ducere vitam,
qui vinum fugiens aliis se potibus implet.
Prima hominum generi data sunt bona, flamma merumque.
Pulsa mero longe cedunt mala: carmina vivunt.
Namque sui partem vino tribuere venustas,
et iocus, et festivus amor, mollesque choreae.
Mente igitur grata Bacchi complectere munus,
et bibe, ne ventrem stipans dape, vulturis instar,
assideas mensae, laetae dulcedinis expers.

R H I A N I

CARMEN

H. GROTIO INTERPRETE.

Dedita gens vitiis homines sumus, ipsaque Divûm
munera, et alternas sortes corrumpimus, ante
corruptis animis. Hic quem gravis urget egestas
innumera in superos audet convicia, moesto
corde fremens: premit et vires animique vigorem
degener: hunc aliquid facere aut memorare parantem
impediunt segnisque pudor vultusque potentum:
moeror edax, pavidaeque habitant in pectore curae.
Est alius, cui divitias, cui nobile regnum
dat Deus; hic vix se terris incedere credit,
vix se mortali meminit de sanguine natum,
tantum corda tument: parvus licet, erigit altum
supposita cervice caput: fulmenque Tonantis
iam sibi, iam thalamos audet spondere Minervae:
aut fertur sublime, viamque affectat Olympo,
dulcibus ut possit mensis accumbere Divûm.
Interea, sperata prius spectataque nulli,
lentos certa gradus, sedet ipso in vertice Poena,
et vel anum simulans culpis iuvenilibus instat,
vel culpas sequitur veteres, mentita puellam,
Iustitiae magnique Iovis mandata capessens.

EVENI PARII

AB HUGONE GROTIO CONVERSA.

I.

Sunt quibus is mos est, nullo ut discrimine contra
dicere, non etiam dicere recta velint.
His ego censuerim vetus hoc debere reponi:
„Illa tibi placeant, dum magis ista mihi."

II.

Rem bene si dicas, prudentes flectere paucis
est tibi: sunt etenim ductilis ingenii.

III.

Audere egregium est atque utile, si sapere adsit:
abiunctum clades et mala ferre solet.

IV.

τίθεμαι δοκιμάζων, ὥσπερ εἴρηται, ποιεῖν.
κρεῖττον γάρ ἐστιν εὖ τεθραμμένην λαβεῖν
γυναῖκ' ἄπροικον, ἢ κακὴν μετὰ χρημάτων,
5 τὴν ἐσομένην καὶ ταῦτα μέτοχον τοῦ βίου.

Bentleius emendabat:

τί οὖν πλέον ἔχομεν; οὐδέν. ἡ λύπη δ' ἔχει
ὥσπερ τὰ δένδρα, καρπὸν οἷ τὰ δάκρυα.

Neminem esse opinor in Atticorum poetarum lectione tritum, cui istud pronomen οἷ sic positum placeat et genuinum videatur. Nisi me fallit opinio, melioribus avibus coniecturam periclitatus sum:

τί οὖν πλέον σοί γ'; οὐδέν. ἡ λύπη δ' ἀεὶ,
ὥσπερ τὰ δένδρα καρπὸν, ἔχει τὰ δάκρυα.

Ex hoc Philemonis fragmento expressi sunt versus elegantissimi M. Ant. Mureti, quos Ios. Scaliger Q. Trabeae, Comici Latini, esse credidit.

Here, si querelis, eiulatu, fletibus
medicina fieret miseriis mortalium,
auro parandae lacrimae contra forent;
nunc haec ad minuenda mala non magis valent,
quam naenia praeficae ad excitandos mortuos.
Res turbidae consilium, non fletum expetunt.

Brunck.

DIODORI fragmentum est apud Stobaeum Tit. LXXII. Brunck.

5. τὴν ἐσομένην καὶ ταῦτα —. Adverte formulam καὶ ταῦτα postpositam participio: quod est longe rarissimum. Aliud exemplum ex Aristide citavit Hoogeveen. ad Vigel.

ΕΚ ΤΩΝ ΕΥΒΟΥΛΟΥ.

Τρεῖς γὰρ μόνους κρατῆρας ἐγκεραννύω
τοῖς εὖ φρονοῦσι· τὸν μὲν ὑγιείας ἕνα,
ὃν πρῶτον ἐκπίνουσι· τὸν δὲ δεύτερον
ἔρωτος ἡδονῆς τε· τὸν τρίτον δ' ὕπνου,
5 ὃν εἰσπιόντες οἱ σοφοὶ κεκλημένοι
οἴκαδε βαδίζουσ'· ὁ δὲ τέταρτος οὐκ ἔτι
ἡμέτερος ἔστ', ἀλλ' ὕβρεος· ὁ δὲ πέμπτος, βοῆς·
ἕκτος δὲ κώμων· ἕβδομος δ' ὑπωπίων·
ὄγδοος ἀνακλητόρων· ὁ δ' ἔνατος χολῆς·
10 δέκατος δὲ μανίας, ὥστε καὶ βάλλειν ποιεῖν,
πολὺς γὰρ εἰς ἓν μικρὸν ἀγγεῖον χυθεὶς
ὑποσκελίζει ῥᾷστα τοὺς πεπωκότας.

p. 177. Lips. Obiter moneo, passim legi καὶ ταῦτα μέντοι, ubi subiectum μέντοι formulae vim auget. Scriptor Socraticus Eryxiae cap. 10. καὶ ταῦτα μέντοι τοιαῦτα φίλω τε ὄντε καὶ συγγενέε. cap. 11. καὶ ταῦτα μέντοι καὶ τῆς πόλεως καὶ τῶν νόμων κωλυόντων. Eodem modo scriptum cap. 17. priores editiones habent: καὶ ταῦτα μέντοι τῷ ἀχρείῳ τοῦ σιδήρου. Sed Boeckhius dedit: καὶ ταῦτα μὲν τῷ ἀχρ. τ. σ. hac causa mutationis allata praefat. p. XXXIII.: „— quum legeretur καὶ ταῦτα μέντοι, scripsi μὲν, ex usu sermonis: τοι ex seq. τῷ videtur ortum esse.“ Denique addo, rara esse exempla, ubi hanc formulam (vertendam tum adeoque) sequitur verbum finitum. Scriptor Socraticus, quem nuper dixerunt Simonem, de lege cap. 5. p. 8. Heidelb. καὶ ταῦτα ἔνιοι αὐτῶν καὶ τοὺς αὐτῶν υἱεῖς τῷ Κρόνῳ (θύουσιν).

EUBULI fragmentum e Fabula in qua Bacchus inducebatur, cuius haec sunt verba, servavit Athenaeus p. 36. unde in Excerpta transtulit Grotius p. 649. V. 9. ἀνακλητόρων. Grotius dedit ἀνακλήτορος. Ad metrum perinde est: illud ob euphoniam praestare videtur. Praeterea quum ebrii saepe non uni tantum iniuriam faciant, et a pluribus in ius vocentur, ἀνακλητόρων malui. Meministi istud Comici nostri in Vespis:

εἴσω φέρω δ' ἐντεῦθεν· εἰ δὲ μή, τάχα
κλητῆρες ἐπικείψουσι τοὺς καλουμένους.

ΕΚ ΤΩΝ ΙΠΠΑΡΧΟΥ.

Πολύ γ' ἐστὶ πάντων κτῆμα τιμιώτατον
ἅπασιν ἀνθρώποισιν εἰς τὸ ζῆν τέχνη.
τὰ μὲν γὰρ ἄλλα καὶ πόλεμος, καὶ μεταβολὴ
τύχης ἀνάλωσ' · ἡ τέχνη δὲ σώζεται.

ΕΚ ΤΩΝ ΚΡΑΤΗΤΟΣ.

I.

Ο γὰρ χρόνος μ' ἔκαμψε, τέκτων μὲν σοφὸς,
ἅπαντα δ' ἐργαζόμενος ἀσθενέστερα.

II.

Ὠνείδισάς μοι γῆρας, ὡς κακὸν μέγα,
οὐ μὴ τυχόντι θάνατος ἔσθ' ἡ ζημία,
οὗ πάντες ἐπιθυμοῦμεν· ἂν δ' ἔλθῃ ποτὲ,
ἀνιώμεθ'. οὕτως ἐσμὲν ἀχάριστοι φύσει.

Cum his Eubuli comparari etiam possunt Aristophanis versus isti in eadem Fabula:

κακὸν τὸ πίνειν. ἀπὸ γὰρ οἴνου γίγνεται
καὶ θυροκοπῆσαι, καὶ πατάξαι, καὶ ΒΑΛΕΙΝ·
κἄπειτ' ἀποτίνειν ἀργύριον ἐκ κραιπάλης.

Brunck.

Brunckianam noni versus scripturam merito castigat egregius Censor Homeri Oxoniensis in *Critical Review* 1803. Ianuar. p. 5. sq. docens poëtam sic scripsisse:

ὁ δ' ὄγδοος κλητῆρος, ὁ δ' ἔνατος χολῆς.

Digna est quae legatur viri doctissimi de hoc versu adnotatio. — V. 5. leg. ἐκπιόντες, quod alii habent.

HIPPARCHI sententia e Fabula desumta cuius titulus Ζωγράφος, est apud Stobaeum Tit. LX. Recte in cod. scriptum v. 4. ἀνάλωσ'. Secunda natura longa est, quod ignorare non possunt qui Atticos poëtas legerunt. Brunck.

CRATETIS Fragmentum I. est apud Stobaeum Tit. CXVII. Ibidem est II. Tit. CXVI. Ibidem III. Tit. XVII. Ultimum habet idem Stobaeus Tit. XXXIII. Brunck.

III.

Γαστρὸς δὲ πειρῶ πᾶσαν ἡνίαν κρατεῖν.
μόνη γὰρ ὧν πέπονθεν οὐκ ἔχει χάριν,
ἀεὶ δὲ τοῦ δέοντος ἐνδεῖται πλέον.
ὅστις δὲ γαστρὸς μὴ κρατεῖν ἐπίσταται,
5 οὗτος τὰ πλείω τῶν κακῶν ἔχει κακά.

IV.

Γλώσσης μάλιστα παντὰχοῦ πειρῶ κρατεῖν·
ὃ καὶ γέροντι καὶ νέῳ τιμὴν φέρει
ἡ γλῶσσα σιγὴν καιρίαν κεκτημένη.

ΕΚ ΤΩΝ ΝΙΚΟΣΤΡΑΤΟΥ.

Εἰ τὸ συνεχῶς καὶ πολλὰ καὶ ταχέως λαλεῖν
ἦν τοῦ φρονεῖν παράσημον, αἱ χελιδόνες
ἐλέγοντ' ἂν ἡμῶν σωφρονέστεραι πολύ.

ΕΚ ΤΩΝ ΦΕΡΕΚΡΑΤΟΥΣ.

Ὦ γῆρας, ὡς ἐπαχθὲς ἀνθρώποισιν εἶ,
καὶ πανταχῇ λυπηρόν, οὐ καθ' ἓν μόνον·
ἐν ᾧ γὰρ οὐδὲν δυνάμεθ', οὐδ' ἰσχύομεν,
σὺ τηνικαῦθ' ἡμᾶς προδιδάσκεις εὖ φρονεῖν.

ΕΚ ΤΩΝ ΦΙΛΙΠΠΟΥ.

Οὐ χαλεπόν ἐστι τῷ κακῶς διακειμένῳ
εἰπεῖν τιν' ἐσθίοντα, Μὴ κακῶς ἔχε,

NICOSTRATI sententia est apud Stobaeum Tit. XXXVI. Brunck.

PHERECRATIS sententia est apud Stobaeum Tit. CXVII. Brunck.

PHILIPPI sententia est apud Stobaeum Tit. CXIV.

πύκτη τ' ἐπιτιμᾶν οὐδὲν ἔργον μαχομένῳ·
αὐτὸν δὲ μάχεσθαι οὐκ ἔτ' ἐστὶ ῥᾴδιον.
ἕτερόν τι τὸ λέγειν ἐστὶ καὶ τὸ πεπονθέναι.

ΕΚ ΤΩΝ ΦΙΛΙΠΠΙΔΟΥ.

I.

Αἰσχρὰν γυναῖκ' ἔγημας, ἀλλὰ πλουσίαν.
κἄθευδ' ἀηδῶς, ἡδέως μασώμενος.

II.

Οταν ἀτυχεῖν σοι συμπέσῃ τι, δέσποτα,
Εὐριπίδου μνήσθητι, καὶ ῥᾴων ἔσῃ·
„Οὐκ ἔστιν ὅστις πάντ' ἀνὴρ εὐδαιμονεῖ."
εἶναι δ' ὑπόλαβε καὶ σὲ τῶν πολλῶν ἕνα.

ΕΚ ΤΩΝ ΣΩΤΑΔΟΥ.

Εἰ καὶ βασιλεὺς πέφυκας, ὡς θνητὸς ἄκουσον.
ἂν μακρὰ πτύῃς, φλεγματίῳ κρατῇ περίσσῳ.

desumta e Fabula cuius titulus Ὀλυνθιακός, si Grotii Florilegio fides, in quo fragmentum hoc non Philippo, sed Philippidi tributum. Ultimus versus pessimum ad modum editus sic vulgo legitur:

ἕτερόν τι τοῦ λέγειν ἐστὶ τὸ πεπονθέναι.

Claudicat turpiter, dactylo quartam sedem tenente. Vide supra ad Philemonis XI. Brunck. Paenultimum versum miror Brunckio placere potuisse: foede enim corruptum esse quis non videt?

PHILIPPIDIS sententia prior est in Stobaei Tit. LXIX. Altera desumta e Fabula cuius titulus Φιλάδελφοι, est ibidem Tit. CVIII. Euripidis versus erat in Stheneboea. Vide Aristoph. Ran. 1217. Brunck.

SOTADES, cuius sequitur fragmentum a Stobaeo servatum Tit. XXII. non fuit comicus poëta, quod e versuum

ἂν εὐιματῆς, ταῦτα πρὸ σοῦ προβάτιον εἶχεν.
ἂν χρυσοφορῇς, τοῦτο τύχης ἐστὶν ἔπαρμα.
5 ἂν πλούσιος ᾖς, τοῦτο χρόνου ἄδηλος ἰσχύς.
ἂν δ' ἀλαζονῇς, τοῦτ' ἀνοίας ἐστὶ φρύαγμα.
ἂν δὲ σωφρονῇς, τοῦτο θεῶν δῶρον ὑπάρχει.
ἡ σωφροσύνη πάρεστιν, ἂν μετρῇς σεαυτόν.

genere liquet; sed alter ille, qui Ptolemaei Philadelphi tempore vixit, cuius iussu fuit interemtus. De Sotadico metro, seu ionico a maiore tetrametro brachycatalecto, vide Hephaestionis Enchiridion p. 37. In 2. versu minus bene vulgo legitur φλεγματίῳ κρατεῖς περισσῷ. E codice κρατῇ reposui. Versus 6. claudicat. Legendum ἂν δ' ἀλαζονῇς, nisi potius omnium istorum versuum initio scribi debuerit ἢν pro ἄν. Utut sit, certum est in huius primo pede ditrochaeum esse debere. In ultimo perperam legitur vulgo ἐὰν μετρῇς, reclamante metro. Sotadis fragmenta sunt apud Stobaeum nonnulla. Unum occurrit in Gesneri editione p. 38. quod in versus digestum non est, ideoque forte a Grotio fuit omissum. Quandoquidem ab argumento huius libelli non alienum est, hic illud proponam, uti legi debet:

Λύπη σε μακρὰν προφεύξεται ἀγαθὰ φρονοῦντα.
μιμοῦ τὸ καλὸν, καὶ μενεῖς ἐν βροτοῖς ἄριστος.
νόμος ἐστὶ θεός· τοῦτον ἀεὶ πάντοτε τίμα.
ξένος ὀφείλεις εἶναι τῶν οὐ καλῶς φρονούντων.
οὐ καλῶς βιοῖς, παράμενε, κεὐτυχεῖς τὰ πάντα.
παρατήρει τὰ πάντων καλὰ, καὶ ταῦτα οὐ μιμοῦ.
ῥῆσιν δεδομένην ἀγαθὴν φύλασσε σαυτῷ.
σοὶ τοῦτο γενέσθω φίλον μηδαμῶς ἀτακτεῖν,
τὴν ἡσυχίαν κατὰ βίον ἵνα πάντοτε τηρῇς.
ὑγιαίνειν εὔχου τοῖς θεοῖς ἐφ' ὅσον ἔχεις ζῆν.

Decem hi versus in codice Stobaei, quo usus sum, sic in numeros suos digesti, subiecti sunt septem aliis versibus eiusdem auctoris, qui in Gesneri Stobaeo p. 65. tanquam soluta oratio excusi sunt, adposito hoc lemmate, *Sotatis*, al. *Socratis*. Est hoc perquam inscitum, mirorque istaec verba legi in Indice auctorum a Io. Stobaeo laudatorum, quem Tomo VIII. Bibl. Gr. inseruit Fabricius: *Interdum Sotadis nomen scriptum videtur pro Socratis.* Literam Socrates nullam reliquit, quod cum aliunde, tum Ciceronis testimonio constat. Sed his missis, illos etiam versus adponam, prout legi debent:

ΕΚ ΤΩΝ ΕΡΙΦΟΥ.

Λόγος γάρ ἐστ' ἀρχαῖος οὐ κακῶς ἔχων·
οἶνον λέγουσι τοὺς γέροντας, ὦ πάτερ,
πείθειν χορεύειν οὐ θέλοντας.

ΕΚ ΤΩΝ ΠΟΣΕΙΔΙΠΠΟΥ.

I.

Εργον γε λύπην ἐκφυγεῖν· ἡ δ' ἡμέρα
ἀεί τι καινὸν εἰς τὸ φροντίζειν φέρει.

Τῆς τύχης σκοπεῖν δεῖ τὸ μέγιστον, ὡς ἔλαττον,
καὶ τὸ μὴ παρὸν μὴ θέλειν· οὐδὲ γὰρ σόν ἐστιν.
ἀμφότερα μένειν οὐκ οἶδεν· ἱστήκει γὰρ οὐδέν.
ἂν πλούσιος ὢν καθ' ἡμέραν σκοπῇς τὸ πλεῖον,
ἐς τοσοῦτον εἶ πενιχρός, ἐς ὅσον εἶ περισσός.
ὡς πένης θέλων ἔχειν, καὶ πλούσιος πλέον σχεῖν,
ἴσον ἔχουσιν αὐτῶν αἱ ψυχαὶ τὸ μεριμνᾶν.

BRUNCK.

ERIPHI fragmentum e Fabula, cuius titulus *Αἰόλος*, servatum ab Athenaeo p. 134. est in Excerptis Grotii p. 685. BRUNCK.

POSIDIPPI sententia I. est apud Stobaeum Tit. XCIX. Desumtam secundam e Fabula cuius titulus *Πορνοβοσκός* servavit Athenaeus p. 154. in fine, unde eam Grotius in Excerpta retulit p. 815. III. habet Stobaeus Tit. XIV. Ultima ibidem est Tit. CXIX. Festivam sententiam vulgaris horum versuum scriptura exhibet, cuius absurditate haud perculsos fuisse viros, si quos alios, ingeniosos, Henr. Stephanum et Hug. Grotium, pol satis mirari nequeo. Quippe legitur in altero versu

τῆς ἀθανασίας κρεῖττον οὐδὲν εὔχεται.

Fuitne unquam aliquis adeo stolidus, ut crederet se a communi hominum sorte exemtum iri, precibusque a diis impetraturum, ut ne moreretur? hoccine in Comoedia dici potuit? Praeterea claudicat versus. Nam in comicis senariis primam semper corripiunt *ἀθάνατος*, *ἀθανασία*, quod ad Aristophanem confirmavimus. Quid multa? Liquido in codice scriptum est:

τῆς εὐθανασίας κρεῖττον οὐδὲν εὔχεται.

II.

Ο μὴ πεπλευκὼς οὐδὲν ἑώρακεν κακόν.
τῶν μονομαχούντων ἐσμὲν ἀθλιώτεροι.

III.

Τὴν χλανίδα πάντες, ὡς ἔοικεν, οὐκ ἐμὲ,
προσηγόρευον· οὐδὲ εἷς νῦν μοι λαλεῖ.

IV.

Ὧν τοῖς θεοῖς ἄνθρωπος εὔχεται τυχεῖν,
τῆς εὐθανασίας κρεῖττον οὐδὲν εὔχεται.

ΕΚ ΤΩΝ ΤΙΜΟΚΛΕΟΥΣ.

I.

Ἀγορὰν ἰδεῖν εὔοψον, εὐποροῦντι μὲν
ἥδιστον· ἂν δ' ἀπορῇ τις, ἀθλιώτατον.

Hoc quid sit, nemo melius docebit Suetonio in vita Augusti cap. XCIX. *Defecit, sortitus exitum facilem, et qualem semper optaverat. Nam fere quoties audisset, cito ac nullo cruciatu defunctum quempiam, sibi et suis εὐθανασίαν similem (hoc enim et verbo uti solebat) precabatur.* Grotius verterat: *locum meretur principem immortalitas.* Quod probabile est summum virum scripturum fuisse, si veram lectionem cognovisset, reposui, *tranquilla mors.* Brunck.

I. 2. *ἀεί τι καινόν.* Adde hoc exemplum iis quae notavi in Seidleri libro de vers. dochm. p. 418. Quod ibi proverbium tetigi, commemoratur etiam in Nicephori Gregorae Historia Byzant. XVI. 5. T. II. p. 507. B. Paris. *Ἐγώ, φησὶν, ὦ παῖ, τὴν παροιμίαν, τὴν, Ἀεί τι Λιβύη, φάσκουσαν, φέρει καινόν, ἐπαινῶ μὲν, κ. τ. λ.*

TIMOCLIS sententia I. initium est longioris fragmenti e Fabula cuius titulus *Ἐπιχαιρέκακος*, quod ser-

οὐδ' ὃς τὰ μικρὰ λαμβάνειν ἀπέσχετο,
ἀλλ' ὃς τὰ μεγάλα καρτερεῖ μὴ λαμβάνων,
5 ἔχειν δυνάμενος καὶ κρατεῖν ἀζημίως.
οὐδ' ὅς γε ταῦτα πάντα διατηρεῖ μόνον,
ἀλλ' ὅστις ἄδολον γνησίαν τ' ἔχων φύσιν,
εἶναι δίκαιος, κοὐ δοκεῖν εἶναι θέλει.

III.

Εἴ τις δὲ θυσίαν προσφέρων, ὦ Πάμφιλε,
ταύρων γε πλῆθος, ἢ ἐρίφων, ἢ νὴ Δία
ἑτέρων τοιούτων, ἢ κατασκευάσματα,
χρυσᾶς ποιήσας χλαμύδας, ἤτοι πορφυρᾶς,
5 ἢ δι' ἐλέφαντος ἢ σμαράγδου ζώδια,
εὔνουν νομίζει τὸν θεὸν καθιστάναι,
πεπλάνητ' ἐκεῖνος, καὶ φρένας κούφας ἔχει.
δεῖ γὰρ τὸν ἄνδρα χρήσιμον πεφυκέναι,
μὴ παρθένους φθείροντα, μὴ μοιχώμενον,
10 κλέπτοντα, καὶ σφάττοντα χρημάτων χάριν.

— — — — — — — —

μηδὲ βελόνης,
ὦ φίλτατ', ἐπιθύμησον ἀλλοτρίας ποτέ.
ὁ θεὸς γὰρ ἔργοις τοῖς δικαίοις ἥδεται·
πονοῦντα δ' ἐᾷ τὸν ἴδιον ὑψῶσαι βίον,

III. Fragmentum hoc, cuius ne minima pars apud quemquam profanorum scriptorum occurrit, certatim laudant Ecclesiastici, de auctore non consentientes. Philemoni tribuit id Iustinus: Clemens vero et Eusebius Menandro. Acutiori cuivis statim oboritur suspicio neutrius esse hos versus, sed eadem pia fraude Menandro vel Philemoni affictos, qua eruditi Christiani Sibyllis, Orpheo, Sophocli aliisque furtim supposuerunt versus, quibus ostenderent veterum sapientum placitis non abhorrere Christianam disciplinam. In iis digerendis observatis Criticorum ad Clementem usi sumus, apud quem exstant p. 720. Sunt autem in Excerptis Grotii p. 757. Brunck.

15 τὴν γῆν ἀροῦντα νύκτα καὶ τὴν ἡμέραν.
θεῷ δὲ θῦε διὰ τέλους δίκαιος ὤν,
μὴ λαμπρὸς ὢν ταῖς χλαμύσιν ὡς τῇ καρδίᾳ.
βροντῆς δ' ἀκούσας μηδαμῶς πόρρω φύγῃς,
μηδὲν συνειδὼς αὐτὸς αὐτῷ, δέσποτα.
20 ὁ γὰρ θεὸς βλέπει σε πλησίον παρών.

IV.

Ἥδιον οὐδὲν, οὐδὲ μουσικώτερον
ἔστ', ἢ δύνασθαι λοιδορούμενον φέρειν.
ὁ λοιδορῶν γὰρ, ἐὰν ὁ λοιδορούμενος
μὴ προσποιῆται, λοιδορεῖται λοιδορῶν.

V.

Κἂν δοῦλος ᾖ τις, οὐδὲν ἧττον, δέσποτα,
ἄνθρωπος οὗτός ἐστιν, ἂν ἄνθρωπος ᾖ.

VI.

Οὐκ ἔστιν ἡμῖν οὐδεμία Τύχη θεὸς,
οὐκ ἔστιν· ἀλλὰ ταὐτόματον, ὃ γίγνεται
ὡς ἔτυχ' ἑκάστῳ, προσαγορεύεται Τύχη.

VII.

Οὔτε γὰρ ἰατρὸς οὐδὲ εἷς, ἂν εὖ σκοπῇς,

IV. Sumta est haec sententia e Fabula cuius titulus Ἐπιδικαζόμενος, estque apud Stobaeum Tit. XIX. Non animadverterant editores claudicare versum 3. in quo ἂν pro ἐὰν legebatur. Brunck. Quis iam non miretur, Brunckium ad ἂν in versu 2. sequ. fragm. non offendisse?

V. Est haec sententia apud Stobaeum Tit. LXII. In cod. adpositus Fabulae titulus Ἐξοικιζόμενοι, quem in Fabricii catalogo non reperio. Brunck.

VI. Servavit hanc sententiam Clemens Alex. p. 726. unde eam Grotius in Excerpta sua retulit p. 775. Brunck.

VII. XI. et XII. sunt in Stobaei Tit. CII. In primo fragmento pro ἂν εὖ σκοπῇς cod. habet ἄνευ κόπου. Secundum sumtum est e Fabula cuius titulus Συκελικός. Sed in cod. lemma praeter auctoris nomen nihil habet. Ultimi versus sinceram lectionem restitui. In cod.

τοὺς αὐτὸς αὐτοῦ βούλεθ' ὑγιαίνειν φίλους,
οὔτε στρατιώτης πόλιν ὁρᾶν ἄνευ κακοῦ.

VIII.

Πάντ' ἐστὶν ἐξευρεῖν, ἐὰν μὴ τὸν πόνον
φεύγῃ τις, ὃς πρόσεστι τοῖς ζητουμένοις.

IX.

Πολὺ μεῖζόν ἐστι τοῦ κακῶς ἔχειν κακὸν,
τὸ καθ' ἕνα πᾶσι τοῖς ἐπισκοπουμένοις
δεῖν τὸν κακῶς ἔχοντα, πῶς ἔχει, λέγειν.

X.

Α. Σύρα, Σύρα. Σ. Τί ἐστι; Α. Πῶς ἡμῖν ἔχεις;
Σ. Μηδέποτ' ἐρώτα τοῦτ', ἐπὰν γέροντ' ἴδῃς,
ἢ γραῦν τιν'· ἴσθι δ' εὐθὺς, ὅτι κακῶς ἔχει.

XI.

Ἄνθρωπον ὄντα ῥᾴδιον παραινέσαι
ἐστὶν, ποιῆσαι δ' αὐτὸν οὐχὶ ῥᾴδιον.

scriptum ἕτερον, non, ut vulgo, ἑτέρων: ipse vero alterum articulum addidi, qui in similibus phrasibus librariorum incuria perquam saepe omissus fuit:

ἕτερον τό τ' ἀλγεῖν καὶ τὸ θεωρεῖν ἔστ' ἴσως.

ut etiam Philippi versum restituimus:

ἕτερόν τι τὸ λέγειν ἐστὶ καὶ τὸ πεπονθέναι.

Sic versus qui infra inter monosticha occurrit, sub titulo εἰς λόγον, quique est Sophoclis in Oed. Col. nostrae editionis 808. legi debet:

χωρὶς τό τ' εἰπεῖν πολλὰ, καὶ τὸ τὰ κάιρια.

Brunck.

VIII. Sumtum ex Fabula cui titulus fuit Καταψευδόμενος, est apud Stobaeum Tit. XXIX. Quod sequitur ibidem est Tit. C. sumtumque e Fabula cuius titulus fuisse perhibetur Μύστης vel Μύστις. X. est ibidem Tit. CXVII. Additum in Grotii Florilegio quartum versum, a Wintertono omissum, codex non agnoscit:

καλὸν τὸ θνήσκειν ἔστιν ἐπὶ τούτῳ λέγειν.

Brunck.

τεκμήριον δὲ τοὺς ἰατροὺς οἶδ' ἐγὼ
ὑπὲρ ἐγκρατείας τοῖς νοσοῦσιν εὖ σφόδρα
5 πάντας λαλοῦντας· εἶτ' ἐπὰν πταίσωσί τι,
αὐτοὺς ποιοῦντας πάνθ', ὅσ' οὐκ εἴων τότε.
ἕτερον τό τ' ἀλγεῖν καὶ τὸ θεωρεῖν ἐστ' ἴσως.

XII.

Α. Τίς ἐστιν οὗτος; Β. Ἰατρός. Α. Ὡς κακῶς ἔχει
ἅπας ἰατρὸς, ἂν κακῶς μηδεὶς ἔχῃ.

XIII.

Τὸν μὴ λέγοντα τῶν δεόντων μηδὲ ἓν,
μακρὸν νόμιζε, κἂν δυ' εἴπῃ συλλαβάς.
τὸν δ' εὖ λέγοντα μὴ νόμιζ' εἶναι μακρόν,
μηδ' ἂν σφόδρ' εἴπῃ πολλὰ, καὶ πολὺν χρόνον.
5 τεκμήριον δὲ τοῦδε τὸν Ὅμηρον λάβε.
οὗτος γὰρ ἡμῖν μυριάδας ἐπῶν γράφει,
ἀλλ' οὐδὲ εἷς Ὅμηρον εἴρηκεν μακρόν.

XIV.

Εἰ τὰ δάκρυ' ἡμῖν τῶν κακῶν ἦν φάρμακον,
ἀεί κ' ὁ κλαύσας τοῦ πονεῖν ἐπαύετο,

XI. 3. Post δὲ interpunge. — F. τοὺς γὰρ ἰατρ. —.
XIII. est apud Stobaeum Tit. XXXVI. Ultimum, quod male Wintertonus Menandreis immiscuit, est apud Stobaeum, quinto versu defectum, Tit. CVIII. ubi praeter auctoris nomen Fabulae etiam index habetur e qua desumtum, Σάρδιος. Venustissimos hos versus citat etiam Plutarchus in Consolatorio ad Apollonium. In 1. cod. Stobaei habet ut Plutarchus, ἡμῖν. In 6. habet etiam ἐάν τε κλαίῃς, ἄν τε μή. Duo postremi pessime a librariis habiti fuerunt. In Stobaei cod. sic leguntur:

τί δὴ ποεῖς πλέον οὐδέν. ἡ λύπη σ' ἔχει
ὥσπερ τὸ δένδρον τοῦτο καρπὸν, τὸ δάκρυον.

In Plutarchi vero editione Aldina p. 97. l. 12.

τί οὖν πλέον ποιοῦμεν. οὐθέν. ἡ λύπη δ' ἔχει
ὥσπερ τὰ δένδρα καρπὸν, τὰ δάκρυα,

ἡλλαττόμεσθ' ἂν δάκρυα, δόντες χρυσίον.
νῦν δ' οὐ προσέχει τὰ πράγματ', οὐδ' ἀποβλέπει
5 ἐς ταῦτα, δέσποτ', ἀλλὰ τὴν αὐτὴν ὁδὸν,
ἐάν τε κλαίῃς, ἄν τε μὴ, πορεύσεται.
τί οὖν πλέον σοί γ'; οὐδέν. ἡ λύπη δ' ἀεὶ,
ὥσπερ τὰ δένδρα καρπὸν, ἔχει τὰ δάκρυα.

ΕΚ ΤΩΝ ΔΙΟΔΩΡΟΥ.

Ἐγὼ μὲν οὖν τὸν νόμον ἐμαυτῷ τουτονὶ
τίθεμαι δοκιμάζων, ὥσπερ εἴρηται, ποιεῖν.
κρεῖττον γάρ ἐστιν εὖ τεθραμμένην λαβεῖν
γυναῖκ' ἄπροικον, ἢ κακὴν μετὰ χρημάτων,
5 τὴν ἐσομένην καὶ ταῦτα μέτοχον τοῦ βίου.

Bentleius emendabat:

τί οὖν πλέον ἔχομεν; οὐδέν. ἡ λύπη δ' ἔχει
ὥσπερ τὰ δένδρα, καρπὸν οἷ τὰ δάκρυα.

Neminem esse opinor in Atticorum poetarum lectione tritum, cui istud pronomen οἷ sic positum placeat et genuinum videatur. Nisi me fallit opinio, melioribus avibus coniecturam periclitatus sum:

τί οὖν πλέον σοί γ'; οὐδέν. ἡ λύπη δ' ἀεὶ,
ὥσπερ τὰ δένδρα καρπὸν, ἔχει τὰ δάκρυα.

Ex hoc Philemonis fragmento expressi sunt versus elegantissimi M. Ant. Mureti, quos Ios. Scaliger Q. Trabeae, Comici Latini, esse credidit.

Here, si querelis, eiulatu, fletibus
medicina fieret miseriis mortalium,
auro parandae lacrimae contra forent;
nunc haec ad minuenda mala non magis valent,
quam naenia praeficae ad excitandos mortuos.
Res turbidae consilium, non fletum expetunt.

Brunck.

DIODORI fragmentum est apud Stobaeum Tit. LXXII. Brunck.

5. τὴν ἐσομένην καὶ ταῦτα —. Adverte formulam καὶ ταῦτα postpositam participio: quod est longe rarissimum. Aliud exemplum ex Aristide citavit Hoogeveen. ad Vigel.

ΕΚ ΤΩΝ ΕΥΒΟΥΛΟΥ.

Τρεῖς γὰρ μόνους κρατῆρας ἐγκεραννύω
τοῖς εὖ φρονοῦσι· τὸν μὲν ὑγιείας ἕνα,
ὃν πρῶτον ἐκπίνουσι· τὸν δὲ δεύτερον
ἔρωτος ἡδονῆς τε· τὸν τρίτον δ' ὕπνου,
5 ὃν εἰσπιόντες οἱ σοφοὶ κεκλημένοι
οἴκαδε βαδίζουσ'· ὁ δὲ τέταρτος οὐκ ἔτι
ἡμέτερος ἔστ', ἀλλ' ὕβρεως· ὁ δὲ πέμπτος, βοῆς·
ἕκτος δὲ κώμων· ἕβδομος δ' ὑπωπίων·
ὄγδοος ἀνακλητόρων· ὁ δ' ἔνατος χολῆς·
10 δέκατος δὲ μανίας, ὥστε καὶ βάλλειν ποιεῖν,
πολὺς γὰρ εἰς ἓν μικρὸν ἀγγεῖον χυθεὶς
ὑποσκελίζει ῥᾷστα τοὺς πεπωκότας.

p. 177. Lips. Obiter moneo, passim legi καὶ ταῦτα μέντοι, ubi subiectum μέντοι formulae vim auget. Scriptor Socraticus Eryxiae cap. 10. καὶ ταῦτα μέντοι τοιαῦτα φίλω τε ὄντε καὶ συγγενέε. cap. 11. καὶ ταῦτα μέντοι καὶ τῆς πόλεως καὶ τῶν νόμων κωλυόντων. Eodem modo scriptum cap. 17. priores editiones habent: καὶ ταῦτα μέντοι τῷ ἀχρείῳ τοῦ σιδήρου. Sed Boeckhius dedit: καὶ ταῦτα μὲν τῷ ἀχρ. τ. σ. hac causa mutationis allata praefat. p. XXXIII.: „— quum legeretur καὶ ταῦτα μέντοι, scripsi μὲν, ex usu sermonis: τοι ex seq. τῷ videtur ortum esse." Denique addo, rara esse exempla, ubi hanc formulam (vertendam tum *adeoque*) sequitur verbum finitum. Scriptor Socraticus, quem nuper dixerunt Simonem, de lege cap. 5. p. 8. Heidelb. καὶ ταῦτα ἔνιοι αὐτῶν καὶ τοὺς αὐτῶν υἱεῖς τῷ Κρόνῳ (θύουσιν).

EUBULI fragmentum e Fabula in qua Bacchus inducebatur, cuius haec sunt verba, servavit Athenaeus p. 36. unde in Excerpta transtulit Grotius p. 649. V. 9. ἀνακλητόρων. Grotius dedit ἀνακλήτορος. Ad metrum perinde est: illud ob euphoniam praestare videtur. Praeterea quum ebrii saepe non uni tantum iniuriam faciant, et a pluribus in ius vocentur, ἀνακλητόρων malui. Meministi istud Comici nostri in Vespis:

εἴσω φέρω σ' ἐντεῦθεν· εἰ δὲ μή, τάχα
κλητῆρες ἐπικείφουσι τοῖς καλουμένοις.

ΕΚ ΤΩΝ ΙΠΠΑΡΧΟΥ.

Πολύ γ' ἐστὶ πάντων κτῆμα τιμιώτατον
ἅπασιν ἀνθρώποισιν εἰς τὸ ζῆν τέχνη.
τὰ μὲν γὰρ ἄλλα καὶ πόλεμος, καὶ μεταβολὴ
τύχης ἀνάλωσ' · ἡ τέχνη δὲ σώζεται.

ΕΚ ΤΩΝ ΚΡΑΤΗΤΟΣ.

I.

Ο γὰρ χρόνος μ' ἔκαμψε, τέκτων μὲν σοφὸς,
ἅπαντα δ' ἐργαζόμενος ἀσθενέστερα.

II.

Ὠνείδισάς μοι γῆρας, ὡς κακὸν μέγα,
οὐ μὴ τυχόντι θάνατος ἔσθ' ἡ ζημία,
οὐ πάντες ἐπιθυμοῦμεν· ἂν δ' ἔλθῃ ποτὲ,
ἀνιώμεθ'. οὕτως ἐσμὲν ἀχάριστοι φύσει.

Cum his Eubuli comparari etiam possunt Aristophanis versus isti in eadem Fabula:

κακὸν τὸ πίνειν. ἀπὸ γὰρ οἴνου γίγνεται
καὶ θυροκοπῆσαι, καὶ πατάξαι, καὶ ΒΑΛΕΙΝ·
κἄπειτ' ἀποτίνειν ἀργύριον ἐκ κραιπάλης.
Brunck.

Brunckianam noni versus scripturam merito castigat egregius Censor Homeri Oxoniensis in *Critical Review* 1803. Ianuar. p. 5. sq. docens poëtam sic scripsisse:

ὁ δ' ὄγδοος κλητῆρος, ὁ δ' ἔνατος χολῆς.

Digna est quae legatur viri doctissimi de hoc versu adnotatio. — V. 5. leg. ἐκπιόντες, quod alii habent.

HIPPARCHI sententia e Fabula desumta cuius titulus Ζωγράφος, est apud Stobaeum Tit. LX. Recte in cod. scriptum v. 4. ἀνάλωσ'. Secunda natura longa est, quod ignorare non possunt qui Atticos poëtas legerunt. Brunck.

CRATETIS Fragmentum I. est apud Stobaeum Tit. CXVII. Ibidem est II. Tit. CXVI. Ibidem III. Tit. XVII. Ultimum habet idem Stobaeus Tit. XXXIII. Brunck.

III.

Γαστρὸς δὲ πειρῶ πᾶσαν ἡνίαν κρατεῖν.
μόνη γὰρ ὢν πέπονθεν οὐκ ἔχει χάριν,
ἀεὶ δὲ τοῦ δέοντος ἐνδεῖται πλέον.
ὅστις δὲ γαστρὸς μὴ κρατεῖν ἐπίσταται,
5 οὗτος τὰ πλείω τῶν κακῶν ἔχει κακά.

IV.

Γλώσσης μάλιστα πανταχοῦ πειρῶ κρατεῖν·
ὃ καὶ γέροντι καὶ νέῳ τιμὴν φέρει
ἡ γλῶσσα σιγὴν καιρίαν κεκτημένη.

ΕΚ ΤΩΝ ΝΙΚΟΣΤΡΑΤΟΥ.

Εἰ τὸ συνεχῶς καὶ πολλὰ καὶ ταχέως λαλεῖν
ἦν τοῦ φρονεῖν παράσημον, αἱ χελιδόνες
ἐλέγοντ' ἂν ἡμῶν σωφρονέστεραι πολύ.

ΕΚ ΤΩΝ ΦΕΡΕΚΡΑΤΟΥΣ.

Ὦ γῆρας, ὡς ἐπαχθὲς ἀνθρώποισιν εἶ,
καὶ πανταχῇ λυπηρόν, οὐ καθ' ἓν μόνον·
ἐν ᾧ γὰρ οὐδὲν δυνάμεθ', οὐδ' ἰσχύομεν,
σὺ τηνικαῦθ' ἡμᾶς προδιδάσκεις εὖ φρονεῖν.

ΕΚ ΤΩΝ ΦΙΛΙΠΠΟΥ.

Οὐ χαλεπόν ἐστι τῷ κακῶς διακειμένῳ
εἰπεῖν τιν' ἐσθίοντα, Μὴ κακῶς ἔχε,

NICOSTRATI sententia est apud Stobaeum Tit. XXXVI. Brunck.

PHERECRATIS sententia est apud Stobaeum Tit. CXVII. Brunck.

PHILIPPI sententia est apud Stobaeum Tit. CXIV.

πύκτη τ' ἐπιτιμᾶν οὐδὲν ἔργον μαχομένῳ·
αὐτὸν δὲ μάχεσθαι οὐκ ἔτ' ἐστὶ ῥᾴδιον.
ἕτερόν τι τὸ λέγειν ἐστὶ καὶ τὸ πεπονθέναι.

ΕΚ ΤΩΝ ΦΙΛΙΠΠΙΔΟΥ.

I.

Αἰσχρὰν γυναῖκ' ἔγημας, ἀλλὰ πλουσίαν.
κἄθευδ' ἀηδῶς, ἡδέως μασώμενος.

II.

Οταν ἀτυχεῖν σοι συμπέσῃ τι, δέσποτα,
Εὐριπίδου μνήσθητι, καὶ ῥᾷων ἔσῃ·
„Οὐκ ἔστιν ὅστις πάντ' ἀνὴρ εὐδαιμονεῖ."
εἶναι δ' ὑπάλαβε καὶ σὲ τῶν πολλῶν ἕνα.

ΕΚ ΤΩΝ ΣΩΤΑΔΟΥ.

Εἰ καὶ βασιλεὺς πέφυκας, ὡς θνητὸς ἄκουσον.
ἂν μακρὰ πτύῃς, φλεγματίῳ κρατῇ περισσῷ.

desumta e Fabula cuius titulus Ὀλυνθιακός, si Grotii Florilegio fides, in quo fragmentum hoc non Philippo, sed Philippidi tributum. Ultimus versus pessimum ad modum editus sic vulgo legitur:

ἕτερόν τι τοῦ λέγειν ἐστὶ τὸ πεπονθέναι.

Claudicat turpiter, dactylo quartam sedem tenente. Vide supra ad Philemonis XI. Brunck. Paenultimum versum miror Brunckio placere potuisse: foede enim corruptum esse quis non videt?

PHILIPPIDIS sententia prior est in Stobaei Tit. LXIX. Altera desumta e Fabula cuius titulus Φιλάδελφοι, est ibidem Tit. CVIII. Euripidis versus erat in Stheneboea. Vide Aristoph. Ran. 1217. Brunck.

SOTADES, cuius sequitur fragmentum a Stobaeo servatum Tit. XXII. non fuit comicus poeta, quod e versuum

ἂν εὐιματῇς, ταῦτα πρὸ σοῦ προβάτιον εἶχεν.
ἂν χρυσοφορῇς, τοῦτο τύχης ἐστὶν ἔπαρμα.
5 ἂν πλούσιος ᾖς, τοῦτο χρόνου ἄδηλος ἰσχύς.
ἂν δ' ἀλαζονῇς, τοῦτ' ἀνοίας ἐστὶ φρύαγμα.
ἂν δὲ σωφρονῇς, τοῦτο θεῶν δῶρον ὑπάρχει.
ἡ σωφροσύνη πάρεστιν, ἂν μετρῇς σεαυτόν.

genere liquet; sed alter ille, qui Ptolemaei Philadelphi tempore vixit, cuius iussu fuit interemtus. De Sotadico metro, seu ionico a maiore tetrametro brachycatalecto, vide Hephaestionis Enchiridion p. 37. In 2. versu minus bene vulgo legitur φλεγματίῳ κρατεῖς περισσῷ. E codice κρατῇ reposui. Versus 6. claudicat. Legendum ἂν δ' ἀλαζονῇς, nisi potius omnium istorum versuum initio scribi debuerit ἢν pro ἄν. Utut sit, certum est in huius primo pede ditrochaeum esse debere. In ultimo perperam legitur vulgo ἐὰν μετρῇς, reclamante metro. Sotadis fragmenta sunt apud Stobaeum nonnulla. Unum occurrit in Gesneri editione p. 38. quod in versus digestum non est, ideoque forte a Grotio fuit omissum. Quandoquidem ab argumento huius libelli non alienum est, hic illud proponam, uti legi debet:

Λύπη σε μακρὰν προφεύξεται ἀγαθὰ φρονοῦντά.
μιμοῦ τὸ καλὸν, καὶ μενεῖς ἐν βροτοῖς ἄριστος.
νόμος ἐστὶ θεός· τοῦτον ἀεὶ πάντοτε τίμα.
ξένος ὀφείλεις εἶναι τῶν οὐ καλῶς φρονούντων.
οὐ καλῶς βιοῖς, παράμενε, κεὐτυχεῖς τὰ πάντα.
παρατήρει τὰ πάντων καλὰ, καὶ ταῦτα οὐ μιμοῦ.
ῥῆσιν δεδομένην ἀγαθὴν φύλασσε σαυτῷ.
σοὶ τοῦτο γενέσθω φίλον μηδαμῶς ἀτακτεῖν,
τὴν ἡσυχίαν κατὰ βίον ἵνα πάντοτε τηρῇς.
ὑγιαίνειν εὔχου τοῖς θεοῖς ἐφ' ὅσον ἔχεις ζῆν.

Decem hi versus in codice Stobaei, quo usus sum, sic in numeros suos digesti, subiecti sunt septem aliis versibus eiusdem auctoris, qui in Gesneri Stobaeo p. 65. tanquam soluta oratio excusi sunt, adposito hoc lemmate, *Sotatis*, al. *Socratis*. Est hoc perquam inscitum, mirorque istaec verba legi in Indice auctorum a Io. Stobaeo laudatorum, quem Tomo VIII. Bibl. Gr. inseruit Fabricius: *Interdum Sotadis nomen scriptum videtur pro Socratis.* Literam Socrates nullam reliquit, quod cum aliunde, tum Ciceronis testimonio constat. Sed his missis, illos etiam versus adponam, prout legi debent:

ΕΚ ΤΩΝ ΕΡΙΦΟΥ.

Λόγος γάρ ἐστ' ἀρχαῖος οὐ κακῶς ἔχων·
οἶνον λέγουσι τοὺς γέροντας, ὦ πάτερ,
πείθειν χορεύειν οὐ θέλοντας.

ΕΚ ΤΩΝ ΠΟΣΕΙΔΙΠΠΟΥ.

I.

Εργον γε λύπην ἐκφυγεῖν· ἡ δ' ἡμέρα
ἀεί τι καινὸν εἰς τὸ φροντίζειν φέρει.

Τῆς τύχης σκοπεῖν δεῖ τὸ μέγιστον, ὡς ἔλαττον,
καὶ τὸ μὴ παρὸν μὴ θέλειν· οὐδὲ γὰρ σόν ἐστιν.
ἀμφότερα μένειν οὐκ οἶδεν· ἱστήκει γὰρ οὐδέν.
ἂν πλούσιος ὢν καθ' ἡμέραν σκοπῇς τὸ πλεῖον,
ἐς τοσοῦτον εἶ πενιχρός, ἐς ὅσον εἶ περισσός.
ὡς πένης θέλων ἔχειν, καὶ πλούσιος πλέον σχεῖν,
ἴσον ἔχουσιν αὐτῶν αἱ ψυχαὶ τὸ μεριμνᾶν.

BRUNCK.

ERIPHI fragmentum e Fabula, cuius titulus *Αἰόλος*, servatum ab Athenaeo p. 134. est in Excerptis Grotii p. 685. BRUNCK.

POSIDIPPI sententia I. est apud Stobaeum Tit. XCIX. Desumtam secundam e Fabula cuius titulus *Πορνοβοσκὸς* servavit Athenaeus p. 154. in fine, unde eam Grotius in Excerpta retulit p. 815. III. habet Stobaeus Tit. XIV. Ultima ibidem est Tit. CXIX. Festivam sententiam vulgaris horum versuum scriptura exhibet, cuius absurditate haud perculsos fuisse viros, si quos alios, ingeniosos, Henr. Stephanum et Hug. Grotium, pol satis mirari nequeo. Quippe legitur in altero versu

τῆς ἀθανασίας κρεῖττον οὐδὲν εὔχεται.

Fuitne unquam aliquis adeo stolidus, ut crederet se a communi hominum sorte exemtum iri, precibusque a diis impetraturum, ut ne moreretur? hoccine in Comoedia dici potuit? Praeterea claudicat versus. Nam in comicis senariis primam semper corripiunt *ἀθάνατος*, *ἀθανασία*, quod ad Aristophanem confirmavimus. Quid multa? Liquido in codice scriptum est:

τῆς εὐθανασίας κρεῖττον οὐδὲν εὔχεται.

II.

Ο μὴ πεπλευκὼς οὐδὲν ἑώρακεν κακόν.
τῶν μονομαχούντων ἐσμὲν ἀθλιώτεροι.

III.

Τὴν χλανίδα πάντες, ὡς ἔοικεν, οὐκ ἐμὲ,
προσηγόρευον· οὐδὲ εἷς νῦν μοι λαλεῖ.

IV.

Ὧν τοῖς θεοῖς ἄνθρωπος εὔχεται τυχεῖν,
τῆς εὐθανασίας κρεῖττον οὐδὲν εὔχεται.

ΕΚ ΤΩΝ ΤΙΜΟΚΛΕΟΥΣ.

I.

Ἀγορὰν ἰδεῖν εὔοψον, εὐποροῦντι μὲν
ἥδιστον· ἂν δ' ἀπορῇ τις, ἀθλιώτατον.

Hoc quid sit, nemo melius docebit Suetonio in vita Augusti cap. XCIX. *Defecit, sortitus exitum facilem, et qualem semper optaverat. Nam fere quoties audisset, cito ac nullo cruciatu defunctum quempiam, sibi et suis εὐθανασίαν similem (hoc enim et verbo uti solebat) precabatur.* Grotius verterat: *locum meretur principem immortalitas.* Quod probabile est summum virum scripturum fuisse, si veram lectionem cognovisset, reposui, *tranquilla mors.* Brunck.

I. 2. *ἀεί τι καινόν.* Adde hoc exemplum iis quae notavi in Seidleri libro de vers. dochm. p. 418. Quod ibi proverbium tetigi, commemoratur etiam in Nicephori Gregorae Historia Byzant. XVI. 5. T. II. p. 507. B. Paris. Ἐγώ, φησὶν, ὦ παῖ, τὴν παροιμίαν, τὴν, Ἀεί τι Λιβύη, φάσκουσαν, φέρει καινόν, ἐπαινῶ μὲν, κ. τ. λ.

TIMOCLIS sententia I. initium est longioris fragmenti e Fabula cuius titulus Ἐπιχαιρέκακος, quod ser-

II.

Ὦ τὰν, ἄκουσον, ἤν τί σοι δοκῶ λέγειν.
ἄνθρωπός ἐστι ζῶον ἐπίπονον φύσει,
καὶ πολλὰ λυπῆρ' ὁ βίος ἐν ἑαυτῷ φέρει.
παραψυχὰς οὖν φροντίδων ἀνεύρατο
5 ταύτας· ὁ γὰρ νοῦς τῶν ἰδίων λήθην λαβὼν,
πρὸς ἀλλοτρίῳ τε ψυχαγωγηθεὶς πάθει,
μεθ' ἡδονῆς ἀπῆλθε, παιδευθεὶς ἅμα.
τοὺς γὰρ τραγῳδοὺς πρῶτον, εἰ βούλει, σκόπει,
ὡς ὠφελοῦσι πάντας. ὧν μὲν γὰρ πένης,
10 πτωχότερον αὐτοῦ καταμαθὼν τὸν Τήλεφον
γενόμενον, οὕτω τὴν πενίαν ῥᾷον φέρει.
ὁ νοσῶν τι μανικὸν, Ἀλκμαίων' ἐσκέψατο.
ὀφθαλμιᾷ τις· εἰσὶ Φινεῖδαι τυφλοί.
τέθνηκέ τῳ παῖς· ἡ Νιόβη κεκούφικε.
15 χωλός τις ἔστι· τὸν Φιλοκτήτην ὁρᾷ.
γέρων τις ἀτυχεῖ· κατέμαθεν τὸν Οἰνέα.
ἅπαντα γάρ τοι, μείζον' ἤ πέπονθέ τις
ἀτυχήματ' ἄλλοις γεγονότ' ἐννοούμενος,
τὰς αὐτὸς αὐτοῦ συμφορὰς ἧττον στένει.

vavit Athenaeus p. 241. habetque Grotius in Excerptis p. 693. Qui sequuntur versus sunt in Stobaei Tit. CXXV. Brunck.

II. Edidit hoc fragmentum etiam Wakefieldus in Tragoediarum Delectu T. II. init. non sine scripturae diversitate. Nam v. 9. habet ὁ μὲν γὰρ ὢν πένης. v. 10. αὐτοῦ. v. 11. ἤδη τὴν —. v. 13. post τις ponit signum interrogationis. v. 14. post παῖς idem signum. v. 15. post ἔστι idem. v. 16. post ἀτυχεῖ idem. ibid. dedit κατέμαθε, odio litterae paragogicae in transversum actus. v. 17. ἅπαντα γὰρ τὰ μείζον', ἤ πέπονθέ τις, —. v. 19. ξυμφοράς.

ΕΚ ΤΩΝ ΚΛΕΑΡΧΟΥ.

Εἰ τοῖς μεθυσκομένοις ἑκάστης ἡμέρας
ἀλγεῖν συνέβαινε τὴν κεφαλὴν πρὸ τοῦ πιεῖν
τὸν ἄκρατον, ἡμῶν οὐδὲ εἷς ἔπινεν ἄν·
νῦν δὲ πρότερόν γε τοῦ πόνου τὴν ἡδονὴν
προλαμβάνοντες ὑστεροῦμεν τἀγαθοῦ.

CLEARCHI fragmentum e fabula cuius titulus *Κορίνθιοι*, ab Athenaeo servatum p. 613. est in Excerptis Grotii p. 827. Eadem est sententia, quae Alexidis fragmenti I. Brunck.

COMICORUM
QUORUNDAM VETERUM
SENTENTIAE.

EX ALEXIDE.

I.

Sane ebrietatem crapula si anteverteret,
nemo temetum supra qui satis est modum
haurire vellet. Sed enim nunc improvidi
non exspectantes poenam vinolentiae,
promte quae obveniunt exsiccamus pocula.

II.

Ex parte vino non male assimulaveris
humanum ingenium. Namque uti vinum novum,
ita iuvenis animus opus est ut deferbeat,
et despumando ducat aspritudinem.
At mox ubi illa nimia vis abscesserit,
et quae natabat in sublimi amentia
exhausta fuerit, tempus est considere,
ut sese praebens omnibus potabilem
perpetua placeat lenitate in posterum.

III.

Non murus, non vis auri, non quidquid putes,
custoditu difficile est aeque, ac femina.

EX AMPHIDE.

I.

Quibus male homines rem gesserunt in locis,
ad ea se rursum non libenter applicant.

II.

Quicumque negat habere iuranti fidem,
detegitur ipse promtus in periurium.

EX ANAXANDRIDE.

I.

Commissa cui sunt verba, depositum velut,
si retegit, est iniquus, aut est garrulus:
si spe lucri, est iniquus: hac sine, garrulus.
Censendus autem uterque pariter improbus.

II.

Non est senectus, ut tu, pater, existimas,
onus adeo difficile: sed qui fert eam
minus decore, ipse impedimentum est sibi.
At contra facilem reddit ac tractabilem,
qui placide illius moribus se accommodat,
tristitiam demens atque apponens gaudium.
Male qui fert, sibi perpetuam moestitiam parit.

EX ANTIPHANE.

I.

Hera, quisquis aspernatur iurantem alterum,
quem non compertum noverit periurii,
Deorum hic aspernari sanctitudinem,
et ipse peierasse suspectus mihi est.

II.

Divitiis insolescit mercator suis,
in quas dominii ventus ipso plus habet.

III.

Res celare caeteras
utcunque possis, Phidia, haec praeter duo,
si nimium biberis, et si in amorem incubueris:
utrumque de se manifestum indicium facit
oratione ac vultu, sic ut qui neget
tamen ipse suo se prodat testimonio.

IV.

Nullum esse gravius impedimentum potest,
quam mulier, dote sarcinata quum advenit.

V.

Lugere amicos luctu moderato decet:
nec enim perierunt, sed eam, quam necessitas
indixit cunctis, antevorterunt viam:
et nos citati mox suo quisque ordine
cogemur omnes in idem diversorium,
pariterque cum illis aevum agemus alterum.

VI.

Exploratrices ingeniorum sunt opes:
nam qui secundis rebus vivit turpiter,
quid pressum paupertate facturum putas?

VII.

Senectus veluti stabulum est: nam quidquid mali
humana recipit vita, in illam confluit.

VIII.

Est nostra vino vita quam simillima:
acescit, est quum reliqua parva portio.

IX.

Sis pauper honeste potius quam dives male:
namque hoc fert crimen, illud misericordiam.

X.

Amice, qui non mortis sit peculium
miles, qui vitae causa se auctorat neci?

XI.

Aram malorum iure senectutem voces:
namque ad eam sese recipit quod ubique est mali.

XII.

Quid quaeso causae est, cur quis optet a Deis
pecunia florere et rerum copia,
nisi ut possimus amicis opitularier,
et serere frugem Gratiae, suavis Deae?
namque ea voluptas, quae in potu atque esu est sita,
par ferme est cunctis: neque magis lautae dapes
esuriem sedent.

EX APOLLODORO.

I.

Clauduntur aedes pessulis, repagulis:
sed ianuam faber haud ita unquam muniit,
ut non pateret feli aditus et adultero.

II.

Miserabar iuvenis olim acerba funera:
at nunc quoties intueor exsequias senis,
id lachrymo. Nam mox eadem me spectat via.

III.

Non debet animus desponderi in miseriis:
sed exspectanda sunt meliora in posterum.

IV.

Habent superba dona Fortunae metum.
rebus negata fulgidis securitas,
tutumque hominibus nil et excelsum simul:
aut livor illud, aut edax sternit dies,
summum ad gradum quum claritatis venerit.
Mediocritatis tutior possessio,
per quam nec aliquis premitur afflictus solo,
nec se invidenda tollit in fastigia.
Nam qui minore volvitur spatio cadens,
multo facilius damna dissimulat sua.
Maiore moles vasta cum strepitu ruit:
invidia claris semper est rebus comes,
et quum favet Fortuna, captatum venit.

E DIPHILO.

I.

Egregie, ut multa, dixit bonus Euripides:
„Me dira egestas subigit et miserabilis
venter." Nam certe ventre nihil est miserius:
in illum cuncta coniicis: at in vas alid
idem non liceat. Panem fers in mantica,
ius non fers: aliter manticam corruperis.
Imples placenta sportulam, non lentibus:
in utrem villum immittis, non et carabum.
At in illum Diis invisum compingi solent
etiam quae inter se nil habent commercii.
Nec caetera addo: quippe quum constet satis
illius ergo miseri peccari omnia.

II.

Qui non veretur ipse semet, conscius
sibi mali facinoris, quod commiserit,
hic quomodo alios nescios reverebitur?

III.

Paupertino homine nihil est fortunatius:
nam solus in deterius non metuit vices.

E MENANDRO.

I.

In re omni conducibile est quovis tempore
verum proloquier: idque in vita spondeo
securitatis esse partem maximam.

II.

Si navigandum sit diebus quatuor,
quantum sat est paramus in totidem dies.
Cur non item sollicita parsimonia est,
viaticum ne desit aetati malae?

III.

Hominibus alia quotquot sunt animantia
tum sunt beatiora, tum sapiunt magis.
Principio, sodes, asinum specta istum mihi.
Is est infelix extra controversiam:
at nulla propriae accepta culpae fert mala;
sed quae natura iniunxit, his defungitur.
Nos vero, praeter ea quae fert necessitas,
ipsi alia nostra sponte super arcessimus.
Dolemus ubi quis sternuit: convicium
quis dixit? indignamur: vidit somnium?

metuimus: ululat noctua? exhorrescimus.
Leges, honores, ambitus, certatio,
mala haec adscita nobis sunt, non adsita.

IV.

Seni senilis lingua iucundissima;
puerque puero, et apta mulier mulieri,
et aeger aegro: pressus infortunio
lenimen est homini malis exercito.

V.

S. Ut fatear, displicet
res ipsa. *A.* Nempe quia sinistrorsum rapis.
Quidquid molestum, quidquid adversum accidit,
tecum ipse spectas, et connives ad bona.
Atqui nihil usquam, Simyle, invenias boni,
cui nulla se mali admiscuerit portio.
Mulier opipara, res molesta est, nec sinit
virum pro arbitrio vivere: haec eadem tamen
sua commoda adfert; liberos: mersum gravi
morbo maritum curat familiariter,
nec conflictantem cum fortuna deserit:
defuncti exsequias rite curat. Respice
ad ista, si quid taedii animo obvenerit.
Ita rem feres facilius. Sin quidquid dolet
excernas semper tibi, nec contra compares
quod est utibile, iam tolerando non eris.

VI.

Si solum, Trophime, te omnium mortalium
in hoc progenuit mater, ut tibi perpetim
agere ita liceret, animo ut collibitum foret,
idque ita futurum si aliquis promisit Deus,
recte indignaris. Nam rem fecit improbam,

qui te fefellit. Sin iisdem legibus,
quibus nos omnes, hunc communem spiritum
hausisti, ut aliquid etiam paratragoediem,
ferenda sunt modeste haec, ut ratio iubet.
Omnis sermonum summa redit istuc: homo es,
quo nullum est animal quod mutetur celerius,
aut sursum enitens, aut deorsum decidens:
neque pol immerito: nam natura virium
quum sit vescarum, res molitur maximas,
suoque lapsu multa egregia proterit.
At tu quae amisti, Trophime, non ingentia
sunt adeo: tum quae pateris sunt mediocria:
quo magis hoc triste ferre te modice decet.

VII.

Vel inter saxa agricolam nutriat
pax alma: bello sordet et felix ager.

VIII.

Aetate nata nubili, ut dicat nihil,
satis tamen ipso significat silentio.

IX.

Summum est aviditas generis humani malum:
aliena namque pro suis qui vindicant,
persaepe non tantum improba spe decidunt
victi, sed apponunt et alienis sua.

X.

Nunquam laudavi sumtuosum mortuum:
namque in idem cum vili atque contemto redit.

XI.

Ne tu loquentis respice aetatem precor:
sed an, quae deceant verba prudentem, loquar.

XII.

Qui commonefacit filium severiter,
verbis acerbus ut sit, revera est pater.

XIII.

Qui mentem addicit credulam calumniis,
aut ipse est pravis inquinatus moribus,
aut certe ingenio nil supra puerum valet.

XIV.

Nec saxum facile valida proiectum manu
reprehendas, nec sermonem qui lingua fugit.

XV.

O Gorgia, ille vir virorum est optimus,
qui melius aliis callet ferre iniurias.

XVI.

Adeon' te excruciat, quod malorum est omnium
levissimum, paupertas? quantillum est enim,
amicus unus cui medendo sufficit?

XVII.

Tria sunt, here,
ex queis geruntur cuncta, nempe ex legibus,
aut ex necessitate, aut consuetudine.

XVIII.

Cuicunque affectum est corpus, ei medico est opus:
at cui laborat animus, is amico indiget.
benevolus amicus medicus aegrimoniae est.

XIX.

Deliciae nimiae pariunt insolentiam;
pecuniacque dominum traiiciunt suum
in mores alios, quam quos induerat prius.

XX.

Ego autumabam divites, ô Phania,
in aere vivunt qui suo, nec noctibus
suspiria agere, nec sus deque vortier,
nec dicere EHEU; sed tranquilla molliter
frui quiete: illa esse pauperum mala.
At nunc vos video, quos beatos praedicant,
vitam cum nostra vivere aequiparabilem.

XXI.

Amantem si quis mente credit praeditum,
ubi ille rerum inveniet, quaeso, amentiam?

XXII.

Quicunque damnat causa non bene cognita,
damnandus ipse est credulitatis crimine.

XXIII.

Multos iam vidi, quos malos necessitas
finxit miseriis, quum non essent eiusmodi
suopte ingenio.

E PHILEMONE.

I.

Bonae mulieris, ô Nicostrata, est, dare
non imperiosam, sed morigeram se viro.
viro superior femina, immensum est malum.

II.

Iniuriam qui non facit, non protinus
iustus: sed ille qui potest, non vult tamen.
manus nec ille qui suas parvo abstinet:
ingentia sed impune qui quum tollere

sibique habere possit, animo temperat.
Immo nec ille, observat ista qui omnia:
sed ille mente praeditus qui candida,
re iustus esse, non videri esse, expetit.

III.

Adducat si quis victimas, ô Pamphile,
sive ex caprigeno pecore, sive ex bucero,
sive adeo pecudes alias, aut dono ferat
paludamentum ex auro, sive ex purpura,
aut ex ebore aut smaragdo sigillaria,
atque his propitium speret adipisci Deum,
decipitur vanitate mentis credulae.
Sed oportet ipsum hominem esse puris moribus,
non felem virginalem, non adulterum,
non furem, non qui occidit quaesti gratia.
- - - - - - -
Ne tu ad aciculam
unquam alienam animum adiexis, mi carissime.
Nam iustis factis gaudet omnipotens Deus:
eoque augere rem sinit laboribus,
occando, sarriendo noctes et dies.
Deo sacrifica semper ingenio probo,
neu tu albam vestem magis quam mores induas.
Neu si de coelo tonerit fugias protinam,
here, quippe nullae conscius culpae tibi.
Te namque cernit, cuncta qui videt, Deus.

IV.

Nullus concentus est auditu suavior,
quam quum dissimulat, petitur qui conviciis:
nam qui ridetur, id si non aegre tulit,
ridendo risor ipse ridiculus manet.

V.

Here, quisquis est homo natus, quamvis serviat
is servitutem, tamen esse homo non desinit.

VI.

Profecto hominibus nulla Fortuna est dea:
nulla, inquam: verum quidquid temere provenit,
Fortunae a nobis accipit vocabulum.

VII.

Si circumspicias, nemo est medicorum omnium,
recte valere amicos qui cupiat suos;
nec miles urbis placidum qui exoptet statum.

VIII.

Nihil est quod homini non sit indagabile,
si quaeritandi non recusetur labos.

IX.

Male sese habere levius est multo malum,
quam male se habentem cogier visentibus,
quo se modo habeat, singulis exponere.

X.

A. Syra heus Syra. *S.* Hem quid me vis? *A.* Ut vero vales?
S. Nunquam istud percunctare, senem si videris,
anumve: quippe liquido non recte valent.

XI.

Facile omnes homines aliis consilium damus;
sed in re nostra non tam facile est exsequi.
A medicis argumentum est in promtu situm,
praecepta videas quos dare invalentibus
victus severi: at ipsi si in morbo cubent,

eadem illa facere, quae aliis interdixerant.
Credo una nolunt dolor esse et curatio.

XII.

A. Quid hoc est hominis? *B.* Medicus. *A.* Pro superum fidem
quam miser est omnis medicus, si nemo est miser!

XIII.

Quicunque dicit ad rem quae non pertinent,
duas loquutus syllabas, prolixus est.
At bene dicentem ne prolixum dixeris,
quantumvis dicat multa et multo tempore.
Ab Homero sume testimonium tibi:
is quum exararit versuum tot millia,
nemo est Homerum qui prolixum iudicet.

XIV.

Lamenta nostris si mederentur malis,
et possent fletu deliniri miseriae,
auro licerent contra et pluris lachrymae.
Nunc non attendit luctum res, nec respicit:
sed plores, seu non plores, insistit viam.
Quid proficis? nec hilum. At interea tamen
ut arbor poma, sic dolor lachrymas parit.

E DIODORO.

Legem hanc condixi, atque ipse constitui mihi:
ita scivi, ita sanxi, ita animi stat sententia:
pol satius inopem ducere eductam probe,
quam male moratam dote fretam dapsili,
vitae consortem assiduae consuetudinis.

EX EUBULO.

Bacchus loquitur.

Tres ego crateras solos his, queis cor sapit,
miscere solco. Sanitati is est sacer,
qui primus bibitur: alterum sibi vindicant
amor et voluptas: tertium poscit sopor:
quem postquam ebiberunt, qui esse sapientes volunt,
domum recedunt: quartus contumeliae,
non ultra noster: quintus vociferantium:
sextus nequitiae: sugillarum septimus:
octavus revocatoris: nonus bilis est:
decimus furoris, tela ut mittantur quoque.
Nam Liber multus parvo infusus vasculo
suos potatores facile evertit e gradu.

EX HIPPARCHO.

In aetate hominum nihil arte est pretiosius,
aut ad degendam vitam conducibilius.
Res alias quippe belli et fortunae vices
transmutant facile: ars semper incolumis manet.

E CRATETE.

I.

Me tempus incurvavit, egregius faber,
sed qui imbecilliora reddit omnia.

II.

Senectam aetatem quid mihi ut malum exprobras?
quam non apisci vitae pretio constitit,

quam cuncti concupiscimus: at quum venerit,
toleramus aegre. Tam ingrato ingenio sumus!

III.

Fraenis regendus venter adductis tibi est:
solus datorum gratias nullas agit,
supraque fines indigentiae indiget.
Ventrem domare qui suum non sufficit,
malum necesse est semper accumulet malo.

IV.

Linguae modum tenere praecipuum puta.
Iuveni senique gloriam semper parit
edocta lingua conticere in tempore.

E NICOSTRATO.

Si multa indesinenter et propere eloqui
sapientiae esset signum, certe hirundines
sapientiores hominibus multo forent.

E PHERECRATE.

O quam senectus tristis es mortalibus,
et taediosa, vel ob hoc praeter caetera,
quod, quum deficiunt vires ac valentia,
sapientiam tum primum nos doctum venis!

E PHILIPPO.

Sane haud difficile est aegrotanti dicere
vegetum valentem: Ne tam te habeas molliter:

et castigare pugilem, quum a pugna vaces.
At ipsum depugnare non aeque est facul.
Aliud disserere est, aliud rem sentiscere.

E PHILIPPIDE.

I.

Dotata nupsit uxor et turpis tibi,
ut suave coenes atque insuave dormias.

II.

Here, si qua tibi unquam calamitas advenerit,
feres facilius dicti memor Euripidis:
Felix ab omni parte nemo usquam est homo:
Tum vero e multis esse te unum existima.

E SOTADE.

Si rex es, homo sed tamen es, quapropter audi.
Si grande screas, plenus es ergo pituitae.
Si veste nites, at prius hanc oves tulere.
Si vincula fers aurea, sortis iste lusus.
Si divitiae sunt tibi, temporis rapina est.
Si corde tumes, stultitiae teneris aestu.
Sin sobria mens est tibi, munus est deorum,
te nempe tuo si pede tute metiaris.

EX ERIPHO.

Antiquus sermo est, ac non aspernabilis,
pater: vinum, aiunt, quamvis invitos senes
salire cogit.

E POSIDIPPO.

I.

Metuc senectam: quippe comitata advenit.
Homini senectus taediosa est sarcina.

IN PARENTES.

Amor ad parentes esto constantissimus.
Venerarier parentes inprimis stude.
Honesta mors est pro parentibus mori.
Reverens parentum sis, amicis beneficus.
Quisquis parentes bene colit, speret bene.
Amatur genitor, cui pro ira prudentia est.
Numen parentes maximum sapientibus.
Senes parentes qui fovet, vivet bene.
Tu tibi parentes alteros credas Deos.
Boni parentis ira nulla in filium.
Quam dulce natos esse morigeros patri!

IN MULIEREM.

Nihil viro uxor est nisi esuries mera.
Decus mulieri cuilibet silentium.
Salvam domum praestare, matronae est probae.
Non ornat aurum feminam, at mores probi.
Mulier probe morata, vitae est sospita.
Certe invenire feminam haud facile est bonam.
Sepelire satius feminam quam ducere.
Mulier profecto dapsile est negotium.
Cave salutem feminae credas tuam.
Scit quod cupiscit femina, ulterius nihil.
Honesta mulier est gubernaclum domus.
Natura quippe feminae imperium negat.
Mulier familiae pestis est, mulier salus.

Mulier mulieri propemodum distat nihil.
Vix feminarum in genere reperire est fidem.
Mulieris aemulatus incendit domum.
Quaere adiuvamen rebus uxorem tuis.
Nullam esse decuit feminam multis modis.
Ingens mali thesaurus est mulier mala.
Inter feras fera nulla ferior muliere.
Tria magna mala sunt, aequor, ignis, femina.
Muliebre telae sunt opus, non concio.
Ipsum venenum est aspidis mulier mala.
Feritas leaenae quanta, tanta est feminae.
Spectare mores dulce matronae probos.
Mulier perenne pignus aegrimoniae est.
Melius leonis feminae commercio.
Mulier malorum plena semper sarcina est.
Ubicunque est mulier, ibi malorum omne est genus.
Nihil muliere peius est, pulchra quoque.
Multis miseriae causa femineum genus.
Sordes mulierem puta, sed argento illitas.
Malum viris est mulier, at dulce est malum.
Formosa mulier, plena res superbiae.
Danda opera amici, coniugisve in gratiam.
Mulier suopte ingenio effraenis et fera est.
Mulier marito saeva tempestas domi.
Ingenia feminina, perfidiae penus.

IN POPULUM.

Plebs nempe res est valida, sed mentis carens.

IN IUSTUM.

Iuri obsequentum fructus haud unquam perit.
Bonos nec ipse Iuppiter spernit dolos.

Vis iustus esse? tramitem rectum tene.
Quae iusta vita est, exitus pulchros habet.
Ut iusta consequaris, quod iustum est face.
Benignus esse quaere; sed iustus magis.
Sectanti iusta fautor adsistet Deus.
Si iustus es, pro lege tibi mores erunt.
Male facere nescit, quisquis assuevit bono.
Debet quod ius est vincere omni tempore.
Qui nihil inique patrat, huic lege haud est opus.
Haud ego loquenti recta responsavero.
Iustis recalcitrare, difficilis labor.
Possessio pretiosa, morum integritas.
Decet istud omnes, abstinere iniuriis.
Humanitatis limen, iniusti fuga.
Nil suspicandum de probis est sequius.

IN GLORIAM.

Opulentiae antepone rumorem bonum.
Nihil est inani gloria infelicius.

IN SERVOS ET DOMINOS.

Res nulla servo peior est etiam bono.
Unus familiae servus ipse adeo est herus.
Res taediosa est servus plus sapiens hero.
Fugiendus herus est semper, ira percitus.

IN INFORTUNIUM.

Homo: ista causa ad calamitates est satis.
Aliis necesse est bene sit, aliis sit male.
Quercu ruente, ligna quivis colligit.
Miseri miseriae ne quid adfingas mali.
Misero cave insultare: Fors hera omnium est.
Animum miseria urgente ne despondeas.

Commune cuivis crede, quod cuiquam accidit.
Eheu! ut homines subita dementant mala.
Felix amicus nullus infelicibus.

IN CONTINENTIAM.

Multum parumque venter ex aequo capit.

IN SPEM.

Spes servat hominem rebus in duris bona.
Nil est supra spem: cuncta sperari data.
Ut quisque vanus, hoc magis spe pascitur.
Spe semper aliqua, qui sapit, vitam fovet.

IN LAUDEM.

Noli ipse laudis facere tibi praeconium.
Celebrare amici quam tuas laudes velis.

IN NOBILEM.

Virtute summum ne voces ignobilem.
Vita indecora nobiles minime decet.

IN FELICITATEM.

Firma et perennis nemini est felicitas.
Dei tuenda memoria in rebus bonis.
Feliciores saepe perversi probis.
Superbiam utero nimia fert felicitas.
Est agere recte, sapere non recte tamen.
Crimen Deorum est improbi felicitas.
Suo arbitratu nullus est felix satis.
Viri probi communis est felicitas.
Ne dic beatum, quem mori non videris.
Multis adest fortuna, non prudentia.
Fortuna famam saepe dat prudentiae.

Felicium se quisque cognatum vocat.
Quis non bonum se praestet in re prospera?
Fortuna splendens quam levi impulsu ruit!

IN PIETATEM.

Supra Deos ne sapite, mortales sati.
Ea fator atque disce, quae pietas probat.

IN PRECES.

Preces piorum facilis exaudit Deus.

IN AMOREM.

Senex amator, ultimum infortunium.
Unum inter homines consilii est expers, amor.
Amantium ira ferre aetatem non potest.
Plerisque fomes est amoris musica.
Proh dolor, amores quanta sunt homini mala!

IN INIMICITIAM.

Ulciscere hostes, non tamen damno tuo.
Fidere inimico si caves, damno cares.
Nulla ab inimico verba crede benevola.

IN VITAM.

Nil facito dignum morte, si adamas vivere.
Vita indecens, fortuna quum vitam invidet.
Bene vivere omnes volumus, at non possumus.
Quid vivere opus est nescienti vivere?
Quam vita dulce est, fata dum non invident!

IN VOLUPTATEM.

Nempe est voluptas mater infortunii.
Tempestiva aliqua ni voluptas sit, nocet.

Clarum voluptas nemini peperit decus.
Noxam trahentes post se delicias fuge.
Quam multa capimus ob voluptatem mala!

IN MORTEM.

Mors ultima est medicina morborum omnium.
Mortem subire certa lex mortalibus.
Laboriosa aetate mors felicior.
Felicis aevum sine malis agere, aut mori.
Mortalis ipse mortuum ne irrideas.
Quois foeda vita restat, his pulchrum est mori.
Satius mori, quam calamitose vivere.
Flore in iuvenili moritur, quem Dii diligunt.
Mors ipsa non est foeda, sed foede mori.

IN DEUM ET IN DIVINAM IUSTITIAM.

Vindex iniquos ducit ad poenam Deus.
Quando Iovis non alea ex voto cadit?
Rem facile quamvis peragit adiutor Deus.
Dei absque nutu nemo fortunam invenit.
Deo volente naviges vel vimine.
Obsistere est difficile fortunae et Deo.
Contra Dei ictum non data est homini fuga.
Vivisque mortuisque poena instat malis.
Latere semper posse ne spera nocens.
Quidquid agis, esse crede, qui videant, Deos.
Nemo in Deos qui peccat, hoc tutum tulit.
Adest ubique, nilque non cernit Deus.
Iniqua facta non latent unquam Deos.

IN MEDICOS.

Turba medicorum me frequentans perdidit.

IN OCCASIONEM.

Sunt gratiora cuncta carpta in tempore.
Occasionis nosse res pulchra est modum.
Validior ipsa lege res occasio est.
Ad regna quoque vertenda valet occasio.
Mendicus etiam saepe valet in tempore.
Ex parte rebus causa saepe occasio est.
Occasione vir fit, is qui non fuit.
Desubito tempus demovet res de statu.
Opta tibi usque temporis faventiam.
Quam magna res, quae parva, sed data tempore!
Res tempus omnes optime diiudicat.

IN PULCHRITUDINEM.

Turpem esse praestat ore, quam pulchrum et malum.
Mores in arbitrando, non faciem vide.
Quam dulce, facies pulchra cum ingenio probo!

IN LUCRUM.

Omni arte vitam quaere, dum ne ars sit mala.
Amice, ubique lucra sectari cave.
Ex rebus aufer CAPERE, et abstuleris malos.
Vitam ex honestis tibi para negotiis.
Iniusta fuge compendia et mores malos.
Ex non honesto lucra sectari cave.
Apud malos utilia plus iustis valent.
Quaestus iniquos damna consequi solent.
Maiora pravis damna iuncta sunt lucris.
Lucrum esse lucrum crede, si iustum est lucrum.
Habent mala lucra calamitates pedisequas.

IN IUDICIUM.

Ne iudicato nisi bene auditum prius.

Iudex et accusator esse idem nequit.
Iudex, quod est ius, non quod ex usu est, vide.

IN OCCULTA.

Abstrusa, omissis quae patent, quaeras cave.
Aut occulendum nil patra, aut solus patra.
Sui ipse dissimulator est sapiens mali.
Suspicio pestis pessima est mortalibus.

IN FAMEM.

Se praeter unam caetera eduleat fames.
Et navigare reperit alvi inania.
Fames dolorum maximus mortalibus.
Famem adeo responsare nil contra datur.
Commenta multa nobis suggerit fames.

IN SERMONEM.

Cuius notae sit quisque, indicium oratio est.
Morbos ad animi medica valet oratio.
Oratione nulla vis potentior.
Moeroris unum remedium est oratio.
Verbis agas agente cum verbis viro.
Sanare luctum scit benevola oratio.
Mortalium res sola regit oratio.
Ut corpus ensis, verba mentem sauciant.
Rei indecorae nec decora oratio est.
Inanis irae causa saepe oratio est.
Vitae lues vox missa non in tempore.
Emissa ab ore verba revocare haud datur.
Sapiente ab homine nata primum oratio est.
Aliud loqui opportuna, quam multum loqui.
Non vulneratur vir bonus verbo improbo.
Sermo medela est animi ad aegrimonias.

IN MOEROREM.

Expelle vita quidquid ad luctum facit.
Res sunt cognatae, vita et anxietudines.
Mortalis ullus vix sit exsors tristium.
Insaniae tristitiam vicinam arbitror.
Tristitia morbos parturit mortalibus.
Morbum quam tristitatem exantles facilius.
Moerore nullum hominibus est peius malum.

IN EBRIETATEM.

Est crapulante melior is, qui sobrius.
Aes praebet ori specula, sed menti merum.
Multum meracum pauca sapere nos facit.

IN FUTURUM.

Homo natus id quod instat, ut videas age.
Quod destinatum sorte, non fugies pati.
Ne sit mihi quod cupio, sed quod expedit.

IN POENITENTIAM.

Prudentiores poenitentia efficit.

IN MODESTIAM.

Hominem esse temet perpetim dicta tibi.
Aliis placere quaere, non soli tibi.
Mortalia modo cogita, ut mortalis es.
In comitate magna vis est gratiae.
Quamvis superior sorte, da te aequum omnibus.
Mortale supra sapere nil hominem decet.
Signum ad salutem grande, morum comitas.
Hoc, NOSCE TEMET, utile est per omnia.

IN NOVERCAM.

Nulla est noverca pestis exitialior.

IN NAVIGATIONEM.

Terra esse pauper malim, quam dives mari.

IN IUVENTUTEM.

Nil flore differt vegetus aetatis vigor.
Iuvenis memento te fore aliquando senem.
Dum floret aetas, disce quod scitum iuvet.
Iuvenem magis tacere quam fari decet.
Audi libenter ipse adhuc iuvenis senes.

IN LEGES.

Summum malorum est, populus impatiens regi.
Leges profecto nil valent, ubi vis valet.
Lex valida, legem quum magistratus fovet.
Nil non fit aut diiudicatur legibus.
Res est honesta pro locis leges sequi.
Orator improbus lues est legibus.

IN HOSPITES.

Praetervidere pauperem externum cave.
Bene de extero quid meritus exspectes idem.
Cura hospitalis esse, nec in hoc sis piger.
Amicus esto fidus in fidum hospitem.
Occasione laedito nulla hospitem.
Bene se modeste gerere peregrinum decet.
Rerum abstine peregrinus et vives bene.
Mos est hominibus anteferre extraneos.
Silere quam clamare peregrinum decet.
Honorem habe, peregrine, susceptoribus.
Bene hospiti fac: tu quoque hospes fors eris.
Peregrina vitam vita prudentem facit.

IN IUSIURANDUM.

Scribantur in aqua, si qua iurat improbus.
Amantium impunita sunt periuria.
Deum latere ne putes quod peieras.
Iurare fugias, falsa non iures licet.
Nulla improbo conditio iurandi gravis.
Fides sacramento vir, haud illud viro.

IN IRAM.

Mortalis, irae disce moderari impetum.
Nociva res est animus irae traditus.
Ne propera ad iram: quam potes, tarde veni.
Plus quisque semper positus extra iram sapit.
Vitam dat ire commode, ira cum modo.
Res pulchra et iram et cupiditatem vincere.
Ratione rem putando, vince irae impetum.
Ad parva saepe impellit iracundia.
Flagitia secum multa fert ira impotens.
O quantus labor est irae fraenare impetum!
Consilia sunt intuta, quibus ira adsidet.
Ira imperita mater est magnis malis.
Stulte, in miseriis ira, damnosum est malum.
Ut omne malorum genus ex ira nascitur!

IN LIBEROS.

Spontalis est miseria, satio liberûm.
Felicitas eximia, sapiens filius.
Felix, boni cui contigerunt liberi!
Domuum columina quippe sunt nati mares.
Filia, molestum incommodumque peculium est.
Vinclum est amoris grande, satio liberûm.
O nati, quanti animo estis humano illices!

IN DOCTRINAM.

Bonum est quod haud aufertur, eruditio.
Doctrina mores esse non patitur feros.
Honesta cuncta nosse, res pulcherrima est.
Per se ipsa vitae sat docent negotia.
Evasi doctus spectans aliena ad mala.
Doctrina baculus dicier vitae potest.
Prudentia opus est, ubi didiceris literas.
Qui literas didicere, bis tantum vident.
Doctrina hominibus optima est possessio.
Addiscere aliquid, digna res etiam sene.
Qui literas didicere, mentis plus habent.
Qui sapit, is in se cuncta circumfert sua.
Male eruditur ille qui non vapulat.
Illiterata vita cum oculis coecitas.
Pretiosa res est nulla prae sapientia.
Dat sapere consors vita cum sapientibus.
Quae nescias didicisse, pars sapientiae est.
Plus opibus ipsis sunt opes sapientiae.
Est unde sapias, discere a sapientibus.
Cunctis hominibus gloria eruditio.
Quam nihil est disciplina, ni mens adsiet!

IN HORTATIONEM.

Patientiam suadere facile, non pati.

IN PATRIAM.

Beatus ille, qui domi felix manet.
Nam quid paterno dulcius tandem solo?
Est patria tellus omnis, ubicunque est bene.
Ubicunque recte vixeris, patriam puta.

IN PAUPERTATEM.

Deorum cura pauperes credi solent.
Turpe est pauperiem comitans imbecillitas.
Homo pauper solitudo et vastities mera est.
Honesta tenuis vita prae dite ac mala.
Res pauper est odiosa, donans diviti.
Onus inopia longe omnium gravissimum.
Indigna multos facere paupertas iubet.
Perferre inopiam non nisi sapientium est.
Desidia nescit educare pauperem.
Pauper inhonorus, genere sit clarus licet.
Peccare egestas saepe nolentes docet.
Inopia morbus est laboranti gravis.
Penuria hostis nullus est infestior.
Tolerare inopiam cum senectute arduum est.
Haud pondus ullum pauperum verbis inest.
Necessitati proximum indigentia est.

IN FIDEM.

Credenda cunctis esse cuncta ne putes.

IN CUPIDITATEM HABENDI PLUS ALIIS.

Aequalis esse aliis pete, nec habere plus.

IN DIVITIAS.

Ditescere omnes volumus, at non possumus.
Pecunia homines gratiosos efficit.
Homines profecto quantum habent, tantum valent.
Sat erit amicûm, si sat est pecuniae.
Opes tenere, non teneri opibus, iuvat.
Ditescere properans, inops fies cito.
Nemo et repente dives, et iustus fuit.

Mire divitiae sunt vitiis obtentui.
Iniqua nunquam facito opum fiducia.
Si dives es pigerque, mox inops eris.
Divitiae amicos comparant mortalibus.
Aurum omnia aperit, Inferûm portas quoque.

IN CURIOSITATEM.

Ne curiose alterius inquire in mala.
Nil agere, causa plurimis ut agant male.
Nimis agere multa, putidum semper nimis.
Multa agere multis initium est moororibus.

IN IMPROBOS.

Malus, quod est beatus, hoc ipso est miser.
Hominis mali usquequaque congressus fuge.
Rationis actu nescit improbitas regi.
Animus malignus vitium inemendabile est.
Miserescere haud scit improbi cordis rigor.
Nemo maleficus se fatetur maleficum.
Bonae indolis venena sunt mores mali.
Facient malorum te malum commercia.
Hominem malignum nec viae comitem cape.
Haud ulla munus improbi fert commoda.
Per tota vitae spatia fallacem fuge.
Bonos vocare pessimos, mos est malis.
Colloquia mores prava corrumpunt bonos.
Quantum est, bonum esse audere temporibus malis!
Ut cuncta nunc sunt cara, nisi mores mali!

IN ATTENTIONEM.

Maiora perdes, minima nisi servaveris.
Sunt cuncta ubique famula diligentiae.

IN SILENTIUM.

Afferre damna lubricum linguae solet.
Quae fit silendo, gravior accusatio est.
Linguam nisi tenebis, impendent mala.
Multis tacere quam loqui utilius fuit.
Taciturna facile ingenia contemni solent.
Silentio ni melius quid portas, tace.
Multis hominibus lingua perniciem attulit.
Malis initium lingua permultis dedit.
Meliora ni dicturus es dictis, tace.
Decet tacere, quam loqui quae non decet.
In aetate utibilius nil silentio est.
Pulchrum, ubi decet, silere; et ubi oportet, loqui.
Silentium implet saepe responsi vicem.
Est ubi loquela melius est silentium.

IN CONSCIENTIAM.

Homini Deus sua cuique conscientia est.

IN MODESTIAM.

Modestia est servanda coenanti foris.
Virtutis omnis horreum modestia est.

IN ARTEM.

Ars est hominibus portus infortunii.

IN HONOREM.

Qui sese amat, non facile se fert negligi.
Omnes enim homines sese honorari expetunt.

IN AUDACIAM.

Audentiam tibi sume, non audaciam.
Amice, non sapientis est res, temeritas.
Saepe est malorum causa festinatio.
Peccet necesse est multa, qui multa audeat.

IN FORTUNAM.

Homo es: ergo fortunae esto communis memor.
Nihil, ut videtur, proprium in vita datur.
Dans parva sorti, recipies quae magna sint.
Fortuna perdifficile quiddam est assequi.
Fortuna multos spoliat, alios munerat.
Multos iacentes saepe Fortuna erigit.
Adstante Forte dormiunt negotia.
Fortuna parva versat humana omnia.
Humana casus vita, non prudentia est.
Meliora quam nos saepe casus consulit.
Fortuna varias semper alternat vices.
Fortuna apprime res est et varia et vaga.

IN INIURIAM.

Miser esse multo quam maledicus mavelis.
Nihil grave accidit, nisi tibi vindicas.

IN SANITATEM.

Nil sanitate vita habet praestantius.
Vitae bona duo, sanitas, prudentia.

IN SUPERBIAM.

Poenam arrogantiae effugit nemo suae.
Quum maxime es beatus, a fastu abstine.
Quisquis superbit, vindicem exspectet Iovem.

IN SOMNUM.

Somnus futurae mortis est meditatio.
Sopor est hominibus ipsa vitae sanitas.
Somnum esse mortis parva dic Mysteria.
Incolumitas est corporis nostri, sopor.
Domatur a somno malum ultimum fames.

IN PATIENTIAM.

Tolerare casus fortiter virum decet.
Damna ac labores disce generose pati.
Fiet levis fortuna, si leviter feras.
Ratione subiuganda praesens calamitas.
Forti animo ferre fortunae aude amentiam.
Tolerare casus nobilem animose decet.
Aequo potentum imperia disce animo pati.
Sapientis opus est, facile iacturam pati.
Homini necesse est ferre fortunae impetum.

IN INVIDIAM.

Noli ipse pauper invidere habentibus.
Livoris est mos mortuos omittere.

IN AMICOS.

Iniusta res est sponte amicos laedere.
Habere amicos aveo, quei res sint bonae.
Fugiunt amici, quem fugit felicitas.
Constans ubique sis, amicis maxime.
Non bene stat intra verba amicorum fides.
Amicus in re ancipite plus auro valet.
Opta aliquid habeas: qui habet, is et amicos habet.

Bene fac amicis, res habent quorum male.
Ita colè amicos ut secundos a Deo.
Tuas amicus crede amici miserias.
Aurum probatur igne, amicus tempore.
Pulcherrimum, peccare in amicos nihil.
Felix amicus optimum spectaculum.
Malo ex amico fructus oritur pessimus.
Amans sui ipse nimis, amicus nemini.
Qui te odit, odio habeto: amantem plus ama.
Fugias amicum fugere deiectum malis.
Generosa amicus mente, felicis bonum.
Ne recipe amicos inter arbitrium duos.
Veros amicos alteros fratres puta.
Toleres amici et comitis iracundiam.
Arcana amici ne per iram prodito.
Nulla est amico pulchrior possessio.
Cura esse amicus, verum amicis non malis.
Nemo est amicos pauperes sibi qui legat.
Re non amant plerique, sed mensa tenus.
Tibi nunquam amicum facito moratum male.
Amicum ob iram deserere cave in malis.
Dans operam amico amicus, operam dat sibi.
Mores amici noveris, non oderis.
Laedens amicus distat inimico nihil.
Tibi si est amicus, esse thesaurum puta.
Tutius habetur iusta amicitia nihil.
Fidelem amicum ne time in rebus malis.

IN AMOREM SUI.

Nemo est, amicus ipse qui non sit sibi.
Haud ullus alii quam sibi est amicior.

Valens sagaci mente, quod pravum est, fuge.
NIL AGERE TEMERE semper est tutissimum.
Ratio inter homines obtinet fraeni vicem.

IN NATURAM.

Natura donat ac resorbet omnia.
Natura generi cuique tanquam patria est.
Natura superat omne doctrinae genus.
Haud facile commutatur ingenium malum.

IN TEMPUS.

In lucis auras protrahit verum dies.
Est moris explorator humani dies.
Omni medetur longa tristitiae dies.
Mala multa secum longa ferre aetas solet.
Tempus, communis medicus, tibi medebitur.
Irae mederi novit omnigenae dies.
Nudata cuncta tempus in lucem trahit.
Amant vetusta tempore instaurarier.
Dies hominibus ipsa consilium optimum.
Antiqua tempus sapere fatur dictio.
Tandem bonus quis vir sit, ostendit dies.
Iudex et auctor omnium rerum dies.
Res mollit omnes atque consummat dies.
Oblivionem tempus affert omnium.

IN MUTUUM.

Capias ut iterum, redde quod iam ceperas.
Foenus frequenter liberos servos facit.

IN MENDACIUM.

Mendacium recusat aetatem pati.
Vir frugi et sapiens odio habet mendacia.

Vitam dissociat mentiens calumnia.
Semper latere quisquis mentitur nequit.
Inter bonos mendacio uti non decet.

IN VITUPERIUM.

Vox prava non pertingit ad mores bonos.
Calumniae mos vincere id quod rectius.
Hominis mali est culpare quem laudaverit.

Digitized by Google

INDEX POETARUM

QUORUM CARMINA AUT FRAGMENTA HOC SYNTAGMATE CONTINENTUR.

(*Numeri paginas indicant.*)

A.

Alexis. 255.
Amphis. 256.
Anaxandrides. 256.
Antiphanes. 257.
Apollodorus. 259.

C.

Callimachus. 192.
Callinus. 87.
Cleanthes. 203.
Clearchus. 281.
Crates. 274.

D.

Diodorus. 272.
Diphilus. 260.

E.

Eratosthenes. 194.
Eriphus. 278.
Eubulus. 273.
Euenus. 190.

G.

Gnomae. 300.

H.

Hesiodus. 212.
Hipparchus. 274.

L.

Linus. 184.

M.

Menander. 261.
Menecrates. 194.
Metrodorus. 196.
Mimnermus. 99.
Monosticha. 300.

N.

Naumachius. 176.
Nicostratus. 275.

P.

Panyasis. 186.
Pherecrates. 275.
Philemon. 267.
Philippides. 276.
Philippus. 275.
Phocylides. 125.
Phocylides Pseudonymus. 152.
Posidippus. 195. 278.
Pythagoras. 145.

R.

Rhianus. 188.

S.

Simonides. 128.
Solon. 104.
Sotades. 276.

T.

Theognis. 3.
Timocles. 279.
Tyrtaeus. 89.

INDEX IN NOTAS.

A.

ἀαδής. 25.
ἀβροχαιτήεις. 132.
ἀγανόφρων antepaenultimâ productâ. 158. [Cyclicus poëta apud Scholiast. ad Euripid. Orest. 1392. Barn. χρυσείην, φύλλοισιν ἀγανοῖσι κομόωσαν. Clarissimus Matthiae edidit simplici ν, ἀγανοῖσι.]
ἀγκυλομήτης, ἀγκυλόμητις. 214.
ἄγνοια et ἄνοια confusa. 326.
ἀγνύναι cum digamma. 251.
ἄδεικτος. 163.
ἀδηνείη. 131.
ἀδηνής. 131.
Adiectivum a substantivo structurâ disparatum. 230.
ἀείδειν. De futuro h. v. 3.
Aeschines orator. 156.
ἀθανασία. De quantitate h. v. 278. ἀθανασία et εὐθανασία confusa. 278.
ἀθάνατος. De quantitate h. v. 278.
αι infinitivorum elisum. 241.
αι et ε confusa. 42.
ἀκέφαλοι versus. 71. 231.
ἀκραής. 239.
Alcathous. 54.
ἀλεεινὸς, calidus. 158.
ἀλεεινὸς, vitandus, barbarum. 158. [Libri Barocciani scriptura expressa est ex Hesiodi carmine extr. Conf. Callimach. H. in Cerer. 23.]
Alexis. v. infra s. v. κύλιξ.
ἄλλοτε ἄλλως etc. 14. 108.
ἀλφηστὴρ, ἀλφηστής. 216.
ἀμᾶν, ἀμᾶσθαι. 229.
ἄμαξα, ἄμαξα. 30.
ἀμετρὶ, ἀμέτρως. 164.
ἀμήτωρ. 129.
ἀμφὶ et οὕνεκεν posita ἐκ παραλλήλου. 169. sq.
ἄμφω indeclinabile. 159.
ἂν pro ἐὰν positum corripiatur an producatur 91. Conf. not. ad p. 269.
ἀναγκαῖος. 26.
ἀνακλήτωρ. 273.
ἀναλίσκω. De augmento h. v. 274.

Anapaestus in pari sede versuum iambicorum. 131.
ἀνάσχετος. 11.
ἀνδάνειν. De constructione h. v. 5.
ἀνήρ. De quantitate paenultimae 306.
ἄνοια et ἄγνοια confusa. 326.
ἄνοχετος 11.
ἀντιπνέειν ἀνέμοις. 162.
Aoristus sententiam indicans generalem. 227. Aoristus medii passivâ significatione. 166. [Add. Leonid. Tar. LXII. 2. Etiam in Callimachi H. in Apoll. init. ἐσείσατο videtur positum pro ἐσείσθη.]
ἀπάλαμνος, ἀπάλαμος. 24. 213.
ἀπάτωρ. 129.
Apollonius Rhodius. 169. sq.
ἀπονίπτεσθαι. 66.
Ἀργειφόντης. 215.
Aristophanes. 148.
ἀρόμεναι. 213.
ἄροτος et ἄροτρον confusa. 76.
ἄρρην κόρος. 168.
Articulus a substantivo seiunctus interserto pronomine. 56.
ἀρχὴ καὶ τελευτὴ καὶ μέσον. 5.
ἄστεος synizesin passum. 133.
Attractio. 235. [Aliud attractionis genus tetigi in not. ad Epistol. Pythagor. p. 300. Orell.]
ἀτύζεσθαι. 170.
αὐθις. 214.
αὐόνη. 129.
αὔτις. 214.
αὐτομήτωρ. 129. [Prorsus geminum est ψευδοπάτωρ Callimachi H. in Cerer. 99.]
αὐτός. οὐτός. 27. 47. 62.
αὐτοῦ de persona secunda. 305. 327.

B.

βαθυκήτης. 14.
βαίνειν de coitu. 16.
βασιλῆς. 224.
Βίβλινος. 239.
βλάπτειν i. q. στερεῖν. 94.
βοή. ὅσον ἀπὸ βοῆς ἕνεκα. 170.
βρύχος priori productâ. 71.
Βύβλινος. 239.

Γ.

γαλῆ 259.

Δ.

Dativi pluralis vocalis quatenus elidatur. 5.
δὲ in apodosi. 226.
δεικνύειν. 163.
δεινός. 9. sq.
δειπνολόχη. 4. 244.
Demonax. v. infra s. v. ὑπέρθεος.
Demosthenes. 155.
δεννάζειν. 77.
δεσμὸς et πέδη iuncta. 135.
δηλίφρων barbarum. 179.
διακρίνειν. 1[illegible]0.
διάκτορος. 215.
διομήτωρ. 129.
Δῖος. 225.
δίχα. 9. [Aeschylus Prometh. 935. Br. ὅσον τό τ' ἄρχειν καὶ τὸ δουλεύειν

δίχα. Choëph. 774. Sch. alt. ἔχεις τι τῶν λελεγμένων δίχα;]
διχόμυθος. 9.
δολομήτης, δολόμητις. 214.
δοραὶ αἰγῶν. 7.
δούλιος an i. q. δύλιος. 41.
Dualis pro plurali usurpatus. 220. Dualis aoristorum persona III. in -ον. 221.
δύο, δύω. 325.
δυσαής. 239.
δύσομαι. De quantitate h. v. 56.
δύω. v. s. v. δύο.
δωρεῖν. 216. [Activum iam usurpavit Homerus, si fides libello de Homerica poësi, quem alii tribuunt Plutarcho, alii Dionysio Halicarnassensi, p. XL. extr. Barnes.]

E.

ἔαρ synizesin patitur. 253.
ἑαυτοῦ de persona secunda. 305. 327.
ἑβδομὰς eliciendum e praegresso ἑπτά. 110.
εἰ cum coniunctivo. 94. 106.
εἴθε cum infinitivo. 156. [Cum Euripideis comparanda Homerica Odyss. XXIV. 376. sqq. ubi particulae optandi αἴ γὰρ eadem ratione regunt infinitivum iunctum nominativo participii.]
εἰθίζειν. 145.
εἴκειν τόπου, ἐκ τόπου. 94.
εἶναι. Coniunctivus εἴω, εἴῃς, εἴῃ. 172. 238. εἴμεν. 18. Ellipsis coniunctivi. 22. Ellipsis imperativi. 157. [v. Schol. ad Pindari Ol. XIV. 21. — Num forte haec ellipsis etiam ibi obtinet, ubi infinitivus cum accusativo ἐπιταγματικῶς aut εὐκτικῶς positus est?]
εἵνεκεν an in scena locum habuerit. 308.
εἷς i. q. μόνος. 157.
εἰς et ἐκ confusa. 274.
εἰσαείρεσθαι i. q. προσφέρεσθαι. 65.
εἴσω et ἔξω confusa. 7.
ἐκ et εἰς confusa. 274.
ἐκ et εὖ confusa. 25. [Monui de hac confusione in Melet. p. 69. Satis frequentem esse, docent notae Uptoni ad Dionys. Hal. de compos. verb. p. 162. Lips., Weiskii ad Longin. p. 571., Schneideri ad Aristotel. H. A. T. III. p. 259. T. IV. p. 154. et ad Xenophont. Opusc. Polit. p. 56., Schleusneri Cur. noviss. in Phot. col. 526., Astii ad Theophr. Char. p. 95.]
ἐκτράπελος. 25. [V. not. ad Pindari Pyth. IV. 186. ubi unice verum puto ἐκτράπελον.]
Ellipsis verbi finiti e sequente oratione subaudiendi. 228. verbi cognati. 10. sq. 14. verbi rarior. 42. totius sententiae. 240. [Conf. v. 607. Nisi forte h. l. plene interpungendum post λιμὸν, versusque 605 et 606. iungendi praecedentibus. Quod si probas, versus 603. et 604. pro parenthesi sunt habendi.]
ἔμβρυος, ἔμβρυον. 167.

ἔνδοθεν, ἔνδοθι. 236. 239. sq. 245.

ἕνεκα, οὕνεκα. Graeci his particulis licenter usi. 170. [Etiam in οὔθ' οὕνεκα puto duas particulas idem significantes ἐκ παραλλήλου positas esse. Quapropter nolim cum Lobeckio scribere ὀθούνεκα: quam scripturam tetigi in not. ad Sophocl. Aiac. T. I. p. 229. Ex uno Sophocle (Aiac. l. c.) ὅθ' οὕνεκα habet H. Stephanus Thes. T. I. c. 1204. H. Poterat citare etiam ex eiusd. Oed. Col. 853. Item ex Aeschylo, qui Prom. 330. ζηλῶ σ', οὐθ' οὕνεκ' ἐκτὸς αἰτίας κυρεῖς. ubi quae continuo sequuntur, πάντων μεταστὼν καὶ τέτολμηκώς ἐμοί, dignam animadversione structuram habent: nam vis praepositionis μετὰ pertinet etiam ad sequens participium τετολμηκώς. Non infrequens hoc idioma est in verbis cum praepositione σὺν compositis: aliquanto rarius in verbis compositis cum aliis praepositionibus. De illis notavi nonnulla in Indice ad Gregor. Cor. p. 1032. quibus hic accedant sequentia. Euripides Iphig. T. 668. καὶ συσφαγῆναι καὶ τυρωθῆναι δέμας. Etymolog. M. col. 743. in. συμβαρύνεται καὶ ὀξύνεται τοῖς ἀρσενικοῖς. ad quem locum Sylburgius p. 44. b.: „sensus est, συμβαρύνεται καὶ συνοξύνεται, praepositione in utroque commate subaudita." Verborum cum ἐκ compositorum hoc reperi exemplum. Homerus Odyss. XXII. 56. ὅσσα τοι ἐκπέποται καὶ ἐδήδοται ἐν μεγάροισιν. h. e. ἐκπέποται καὶ ἐξεδήδοται.]

ἐντρέπεσθαι. 51.

ἐντύειν, ἐντύνειν. 18.

ἐξακίσας. 147. 155.

ἔξω et εἴσω confusa. 7.

ἐπαινεῖν. De forma futuri h. v. 10. 64. [Utramque formam frequentatam fuisse, docent verbalia αἰνετὸς et αἰνητός: quorum posterius Lexicographi parum curarunt. Pindarus Nem. VIII. 66. αἰνέων αἰνητά.]

ἐπαμήσασθαι γῆν. 34.

ἐπεὶ cum coniunctivo. 99. ἐπεὶ οὐ non semper coalescunt per synizesim. 241. ἐπεί τοι καί. 83. [Plato T. XI. p. 19. Bip. ἐπεί τοιγε καὶ ὀρθῶς αὐτὸ ὁ θεὸς εἶπε. Bekkerus dedit ἐπεί τοι καὶ — II, 5. p. 424.]

ἐπί. ἐφ' ᾧ γε, ἐφ' ᾧτε. 264.

ἐπὶ et περὶ confusa. 179.

Epigramma Megaris repertum. 54.

ἐπιδείειν. 164.

ἐπιπάγχυ vox non Graeca. 224.

ἐπιπειθείη. 136.

ἐπιφέρειν. 171.

ἐρατὸς passim corruptum. 90.

ἐργάζεσθαι. ἐργάσαιο, ἐργάσσαιο. 214.

ἕρκος ὀδόντων. 110.

Ἑρμείας, Ἑρμείης. 215.
ἔοτε et εὔτε confusa. 31. [v. not. ad Dionys. Halic. de comp. verb. p. 508.]
ἕτερος. τοὔτερον etc. 135.
ἔτος an digamma habuerit. 219.
εὖ et ἐκ confusa. v. ἐκ.
εὐαής. 239.
εὐθανασία. 278. sq. εὐθανασία et ἀθανασία confusa. 278.
εὐθύ, εὐθύς. 154.
Euripides. 5. 7. 88. 156. 168.
εὔτε et ἔοτε confusa. v. ἔοτε.
Eutecnius. 226.
εὐτράπελος. 25.
ἐφέσσασθαι γαῖαν. 34.
ἐφικνεῖσθαι. 283.
ἔχων pro ὤν. 136.

Z.

Ζεφυρίη primâ productâ. 71.

H.

η correptum. 132.
ἠβώω. 60. 243.
ἤθεα. 222. [Illic cur τε omitti oporteat, causa non alia videtur habenda esse quam digamma. V. Heynius ad Hom. Il. T. VII. p. 754. qui „In Hesiodo" inquit „aliquot locis est emendandum". Quod si verum est, v. 121. corrigas: ἀνθρώποις κατὰ ἤθεα. Vid. Hom. Odyss. XIV. 411. Et conf. not. ad p. 236. et 243.]
Herodotus. 33.
Hesiodus. 134. 241. v. supra s. v. *Ellipsis.* item s. v. ἤθεα. item infra s. v. μεμνημένος.
Hesychius. 12. 25. 131. 179.

Θ.

θαλία. 159.
Theognis. v. infra s. v. μελεδῶναι.
Theognidis patria. 54.
θηροφόνη. 4.
θνήσκειν. τεθνάναι. 15. [τεθνᾶναι, mediâ productâ, legitur in Aeschyli Agam. 547. Schütz.]
θνητός, *mortuus.* 164.
Thucydides. 17.

I.

ι dativi elisum. 110.
Iamblichus. 163.
ἴκελος. 225.
Infinitivorum futuri temporis usus Graecae linguae proprius. 16. sq. [Xenophon Anab. II, 4. 19. ὡς οὐκ ἀκόλουθα εἴη τὸ ἐπιθέσθαι καὶ λῦσαι τὴν γέφυραν. Schneiderus: „Ita margo Steph. cum libro Brodaei habet pro vulgato τό τε ἐπιθήσεσθαι καὶ τὸ λύσειν." Vulgatum hoc me quidem non offendit. — Schol. ad Pind. Nem. VII. 141. δύνασαι — ἀπαλλάξειν.]
ἴρηξ. 221.
ἵσημι cum digamma. 213. 248.

ἴσος, ἴσος. 50. ἴσος et οἷος confusa. 226.
ἴσως, pariter. 20.

K.

Caesurae vis ad producendum. 27.
καθικνεῖσθαι. 233.
καὶ γὰρ postpositum. 49. καὶ et ὡς confusa. 39.
καινός. ἀεί τι καινόν etc. 279.
κακέσχατος. 326.
Callimachus. v. supra s. v. Aoristus.
καλός. De quantitate h. v. 311.
κατατιθέναι, κατατίθεσθαι. 32.
κατοπάζειν. 226.
κεκορεσσάμενος. 213.
κεῦθμα. 21. sq.
κεῦθος. 21.
κεφαλῆφι, κεφαλῆφι. 237.
Κήρινθος. 60.
κῆρυξ, κήρυξ. 215. sq.
κιχάνω. De quantitate h. v. 157.
κλητήρ. 273. sq.
Coronae convivales. 66.
κόρος ἄρσην. 168.
Corporis humani dissectio. 160.
κοῦρα. 180. [Callimach. II. in Dian. v. 72.]
κύχλος, ἡ. 179.
κρέῖσσων, κρέσσων. 46.
κτᾶσθαι passivâ significatione. 145. sq.
κυδνός. 223.
κυδρός. 223.
κύλιξ subaudiendum. 38. [Num in Alexidis fragm. I. v. 5. scribendum τὰς ἀκράτους πίνομεν?]
Cyprius. v. infra s. v. μελεδῶναι.
κωλύειν i. q. κολάζειν. 171.

Λ.

λανθάνειν. λελησμένος, λελασμένος. 187. [Epicam formam Panyasidi dudum reddiderant H. Stephanus et Wintertonus, quos secutus est Gaisfordus.]
λείπειν. De aoristo I. h. v. 148.
Λβύη ἀεί τι καινόν etc. 279.
Liquidae pronuntiando geminantur. 134.
λειτουργός. 129.
Longinus. 88.
Lycurgus orator. 89.
λυμαίνεσθαι. De constructione h. v. 318.
λωβᾶν. 155.

M.

Magnetismus animalis. 108.
μάκαρς. 109.
μεγακήτης. 14.
Megara. 54.
μεθιέναι, μεθίεσθαι. 94.
μελεδῶναι, μελεδῶνες. 215. [Etiam in Theognid. v. 863. malim μελεδώνας. item in fragmento Cypriorum, quod Bekkerus ad illum versum citavit.]
μελετᾶν τινος. 226. [V. Schol. ad Pindari Ol. VI. 61. et XIV. 26. Nem. VI. 91. et VIII. 32. Isthm. V. 36.]
μεμνημένος. Usus huius participii, eiusque absolute positi, solennis est

in formulis imperandi. V. Hesiod. 592. (ubi praestat quod al. habent, ὥρια ἔργα.) 584. 656. 673. Plene idem 273. sq. ἀλλὰ σύ γ' ἡμετέρης μεμνημένος αἰὲν ἐφετμῆς ἐργάζευ. Abundanter Aeschylus Choëph. 676. sq. Schütz. alt. πρὸς τοὺς τεκόντας παυδίκως μεμνημένος τεθνεῶτ' Ὀρέστην εἰπέ· μηδαμῶς λάθῃ. Hunc quoque usum iam in Homerica poësi reperias. v. Il. V. 263. XIX. 153.

μεταδιδόναι. 62.

μετέχειν. 62.

μέτρον. κατὰ μέτρον. 164.

μὴ vetans cum imperativo aoristi. 155. [Aeschylus Prom. 332. Br. μηδέ σοι μελησάτω.] cum coniunctivo praesentis. 156. 158. cum futuro. 318. [Aeschylus S. c. Th. 252. Br. μηδὲν τῶνδ' ἐρεῖς.]

μητρομήτωρ. 129.

μητροπάτωρ. 129.

μικρὸς et ὀλίγος confusa. 316.

Mimnermus. 90.

μοῖραν absolute usurpatum. 134.

μόνος i. q. εἷς. 212. μόνος [τῶν], ὅσα etc. 203.

N.

ν paragogicum. 5. 9. 19. 21. 63. 107.

ναῖς. νέα monosyllabum. 248.

νεόφρων. 187.

Neutra adiectivorum. 19. 59. 48. 59.

νήφων, νήφονος. 47.

Nominativus cum infinitivo loco imperativi posito. 58. 169. [Aeschyl. Prom. 711. sq. οἷς μὴ πελάζειν, ἀλλ' ἁλιστόνους πόδας χρίμπτουσα ῥαχίαισιν ἐκπερᾶν χθόνα. Vid. Hesiod. Op. 742. 746. Naumach. 32. et sic saepissime. Alibi accusativus ponitur, v. c. Hesiod. Op. 751.] Nominativus cum infinitivo loco optativi posito. 156. [Usus illius infinitivorum quam dedi explicationem in notis ad L. Bos. Ellips. p. 620., eam explodit Hermannus in commentatione de ellipsi et pleonasmo in Gr. I. p. 131. sq. Sed in illa disputatione viro egregio, ut summus homines, humani quid accidisse, facile suspicaberis, si contuleris quae, cum meis illis amicissime conspirantia, adnotavit ad Viger. p. 733. sq. ed. I. p. 745. ed. II. Add. I. I. II. Nastii libell. *Ueber Homers Sprache* p. 25. Conf. tamen quae notavi supra s. v. εἶναι.]

νόμος, *cantilena, fabula.* 25.

νύμφα. 180. [Callimach. II. in Del. 215.]

νώνυμνος, νώνυμος. 219.

Ξ.

ξενηδόχος, ξενοδόκος, ξενοδόχος. 318. sq.

Xenophon. 17. 88. 155. V. etiam supra s. v. Infinitivorum etc.

O.

ὁ, ἡ, τό. Usus articuli insolens. 48.
ὅδε, ὁ δέ. 222. 224. 225. 237. 245. 247.
οὕθ' οὕνεκα. v. supra s. ἕνεκα.
οἰζυρός. 131.
οἶκος etc. cum digamma. 241.
οἷος et ἴσος confusa. 226.
ὀλίγος et μικρὸς confusa. 316.
Homerus. 99. 241.
ὁμῶς. 8. *una cum*. 22.
Oxytonorum apostrophum passorum recta tonosis. 72.
ὀπάζειν. 226.
Oppianus. 195.
Optativi usus in interrogationibus sine ἄν. 195. cum ἄν. ibid.
ὀργὴ et ὁρμὴ confusa. 19. 225.
ὁρμὴ et ὀργὴ confusa. 19. 225.
ὄρνις. De quantitate h. v. 162.
ὄρφνη, ὀρφνή. 70. [Schol. ad Pindari Ol. I. 115. Ὄρφνη, ἡ νὺξ, βαρυτόνως· ὀρφνὴ δὲ νὺξ, ἀντὶ τοῦ σκοτεινὴ, ἐπιθετικῶς, ὀξύνεται.]
ὅς, ubi exspectes εἴ τις. 186. [Cum Platonis loco compara hunc Xenophontis Oecon. IV. 19. Ἐγὼ δὲ καὶ τοῦτο ἡγοῦμαι μέγα τεκμήριον ἄρχοντος ἀρετῆς εἶναι, ᾧ ἂν ἑκόντες ἕπωνται, καὶ ἐν τοῖς δεινοῖς παραμένειν ἐθέλωσιν.]
ὅσος. ὅσα etc. relatum ad τά etc. 192. sq. [Hesiodus Fragm. p. 445. Loesn. ὅσσοι ἔσαν μύρμηκες — τοὺς ἄνδρας ποίησε. In notissimo Sardanapali epigrammate alii habent ταῦτ' ἔχω, ὅσα ἔφαγον —, alii τόσσ' ἔχω, ὅσα ἔφαγον —.]
ὅτε c. coniunct. 99.
οὐδεμία, οὐδεμίη. 8.
οὕνεκα. v. supra s. ἕνεκα.
οὗτος. καὶ ταῦτα, καὶ ταῦτα μέντοι. 272. sq.
οὐχὶ saepe oblitteratum. 307.
ὄφις priori productâ. 71.
ὄφρα τε. 65.

Π.

παρ' καιρον et παρὰ καιρόν. 316.
παρατρίβειν. 33.
παριδεῖν et περιϊδεῖν confusa. 328.
pariter. 22.
παρμόνιμος, πάρμονος. 18.
Participia ubi naturam induerunt nominum, inclinationis modum mutant. 47.
πάσασθαι. 13.
πάσχειν. ἤν τι πάθω etc. 88.
πατρομήτωρ. 129.
πατροπάτωρ. 129.
πενεῖν. 327.
πενοῦν. 327.
περίδρομος. 45.
περιϊδεῖν et παριδεῖν confusa. 328.
περιτρέπειν. 132.
Pindarus. v. supra s. v. ἐκτράπελος.
πιστός. 24.
Plato. 148. 169. 186.
πλέον. τί πλέον et τὸ πλέον confusa. 125.
Pleonasmi. 27. sq. 172.
πλοκαμηΐς. 171.

ποικιλομήτης, ποικιλόμητις. 214.
ποικίλος. 45.
πολυγηθής. 240.
πολυχρόνιος. 191.
πού. πολλάκι που, ἀεί που. 177.
Praepositionum usus in eodem loco variatus ad idem significandum. 203.
προμήτωρ. 129.
προπάτωρ. 129.
Pronominum formae plenae et encliticae. 3. Pronominis relativi syntaxis idiomatica. 64. sq.
πρός τινος εἶναι. 91.
πρῶτος καὶ τελευταῖος καὶ μέσος etc. 3.
πυκάζειν. πυκάσας, πυκάσας. 237.
πῶλος passim latet corruptum. 163.

P.

ῥαδινός. 4.
ῥίπτειν, ῥιπτεῖν. 15.

Σ.

Σαλαμιναφέτης, Σαλαμινόφυξ. 113.
σιγηλὸς, σιγηρός. 324.
Σικελικὸς et Σικελὸς confusa. 55.
Simonides. v. infra s. v. τέ.
σισύρα. 7.
Σίσυφος. De quantitate h. v. 40.
σκάπτειν δικέλλῃ etc. 165. sq.
σκύφος priori productâ. 71. 187.
Socrates an aliquid scripserit. 277.
Socraticus scriptor Eryxiae. 273.
Socraticus scriptor de lege. 273.
Sophocles. 9. 170. [Posteriorem Sophoclis locum quod negavi mutandum esse, nolim ita intelligi, ac si etiam forma scripturae antiquae mihi probetur. Scilicet scribendum σοῦνεκα, quemadmodum scribimus τοὔνεκα.]
Sotades. 277. sq.
Sotadicum metrum. 277.
σπ. Ante has litteras an brevis corripi possit. 131.
σποδιός. 131.
Strabo. 90.
Suidas. v. infra s. v. ὑπέρθεος.

T.

ταμεῖον, ταμιεῖον. 324.
τάπης. De quantitate h. v. 76.
τᾶρα. 15.
τὲ non praeponitur vocabulo ad quod refertur. 73. [Ne quis mihi opponat locutiones bimembres ellipticas, membris per τὲ alteramque copulam iunctis, ubi vox quam sequitur τὲ in priori membro, in posteriori ad alteram copulam subaudienda est. Quarum locutionum ratio cum viros graece perdoctos passim fugerit, aliquot exempla rei ceteroqui pervulgatissimae expromam. Plato T. XI. p. 8. Bip.

σοφίας τῆς τε σεαυτοῦ καὶ τῶν νῦν ἀνθρώπων. Plena locutio est: σοφίας τῆς τε σεαυτοῦ καὶ τῆς τῶν νῦν ἀνθρώπων. Ut multum falleretur, si quis copulam τὲ ad σεαυτοῦ referens *praepositam voci suae* diceret. Itaque non opus erat, ut in Philemonis fragm. XI. v. 7. Brunckius alterum articulum insereret (not. p. 270.). Panyasis fragm. I. v. 4. ὅς τ' ἐν δαιτὶ καὶ ἐν πολέμῳ —. Quis hic tam parum sit λογικὸς, ut dicat τὲ pertinere ad ἐν δαιτὶ habeatque hoc pro exemplo copulae praepositae? Immo plena oratio est: ὅς τ' ἐν δαιτὶ καὶ ὅς ἐν πολέμῳ —. Eodem modo Aeschylus Prom. 489. sq. οἵτινές τε δεξιοὶ φύσιν, εὐώνυμοί τε. pro καὶ οἵτινες εὐώνυμοι. Pindarus Nem. I. 46. εὖ τε παθεῖν καὶ ἀκοῦσαι. plene: εὖ τε παθεῖν καὶ εὖ ἀκοῦσαι. Plato T. XI. p. 55. ὅτι τε οἶσθα —, καὶ ἐπιτετήδευκας —. plene: — καὶ ὅτι ἐπιτετήδευκας. Aeschylus S. c. Th. 1075. sq. Br. ὥσπερ τε πόλις καὶ τὸ δίκαιον —. plene: — καὶ ὥσπερ τὶ δ. Nullarum autem partium orationis frequentiores sunt huiusmodi ellipses, quam praepositionum. Plato T. V. p. 286. ἔν τε πλοίοις καὶ ναυσί. p. 293. ἔκ τε — τοῦ Πειραιέως καὶ τοῦ ἄστεος. plene: καὶ ἐν ναυσί. et: καὶ ἐκ τοῦ ἄστεος. Add. not. p. 236. ubi quod scripsi de Brunckio, fortasse scripsi paullo calidius. In Simonidis quidem loco vir celeberrimus verissime monuit copulam τὲ referendam esse ad vocem sequentem ideoque mutandum ordinem verborum: nam duo illa epitheta sunt unius eiusdemque ὄνου. Sed ubi de rebus agitur diversis, talis copulae positura talesque praepositionum ellipses toties occurrunt, ut qui exemplorum huius idiomatis numerum inire velit, non minus ineptus sit, quam qui instituat numerare arenas.]

τελευτήν. v. τέρμα.

τέρμα, *postremo*. 164. [Iam Hoogeveenus ad Viger. p. 145. cum vulgari τέλος comparavit. Addo, item rarum, τελευτήν. Pindarus Nem. XI. 21. καὶ τελευτὰν ἁπάντων γᾶν ἐπιεσσόμενος.]

τιθέναι, τίθεσθαι. 92.

τίνειν, τίνεσθαι, τίννυσθαι. 29. 248.

τρέπεσθαι ἐπί τι, πρός τι. 30.

τρίβειν. 33.

τροφὴ et τρυφὴ confusa. 157.

τρυφᾶν. De quantitate h. v. 162.

Tyrtaeus. 63.

Υ.

ὑγεία, ὑγίεια. 324. 325. 326.

ὑπάγειν. 62.

ὕπερθεν c. genit. 237.

ὑπέρθεος. H. Stephanus Ind. in Thes. P. II. c. 140. C.: „Ὑπέρθεον, Quod est supra numen divinum, vel numinis voluntatem." nullo huius adiectivi auctore citato. Robertus Constantinus cum aliis Lexicographis, item sine auctore: „Ὑπέρθεον, ὑπὲρ τὸ θεῖον, ἢ τὴν τοῦ θεοῦ γνώμην, praeter numinis voluntatem." Omnes secuti sunt Hesychium aut Suidam. Sed in Hesychio recte monuit V. D. pro ὑπέρθεον legendum esse ὑπὲρ θεόν: eodemque modo in Suida corrigendum est. Praeterea in Demonactis versu, qui est Brunckio in Monostichis v. 202., cum pro ὑπέρθεα e Stobaeo editum sit ὑπὲρ θεούς, facile intelligitur, fidem huius adiectivi admodum dubiam esse. Schneiderus versum edidit turpiter hiantem: Θνητὸς πεφυκὼς μὴ φρόνει ὑπέρθεα.
ὑπερτερία. 33.

Φ.

φαίνειν. φανείη, φανήῃ. 232. 243.
Philemon. v. supra s. v. τέ.
φοῖνιξ. 4. φοῖνιξ an φοίνιξ. 215. sq.

Χ.

χαιτήεις. 132.
χαιτόεις an graecum sit. 132.
χαλεφθείς etc. 13.
χάριν ἕνεκα posita ἐκ παραλλήλου. 169. sq.
Chasmodiae osores. 108.
χέρνιψ. 66.
χρυσέην, χρυσῆν. 215.
χωρίζειν. 9.
χωρίς. 9.

Ψ.

ψυδνός. 11. sq.
ψυδρός. 11. sq.

Ω.

ω correptum. 132. 136.
ω et ου per synizesin coalescunt. 50.
ὧν. 131. 133.

Pag. 20. not. ad v. 218. lin. 2. πόμ, leg. πνόν.

LITTERIS BREITKOPFIO-HAERTELIANIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

SAVELLI & CAPPELLI
LEGATURE DI LIBRI
Antichi e Moderni
Via Maggio 4 - FIRENZE

005704326

Digitized by Google